213

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
S
27 — E
22

L. 179.

6-9. F. 4

XIX B 37

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX LIBRORVM EXPVRGATORVM,

ILLVSTRISSIMI AC. REVErendiſ. D.D. GASPARIS QVIROGA, Cardinalis & Archiep. Toletani Hiſpan. generalis Inquiſitoris iuſſu editus.

Bibliotheca Transpontina

DE CONSILIO SVPREMI Senatus S. Generalis Inquiſit.

Iuxta exemplar, quod typis mandatum eſt Madriti, apud Alphonſum Gomezium Regium Typographum. Anno M.LXXXIIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SALMVRI,
Apud THOMAM PORTAV.
M. DCI.

Digitized by Google

EN la ciudad de Toledo à nueue dias del mes de Hebreo de mil y quinientos y ochenta y quatro años, el illuſtriſſimo y reuerendiſſimo Cardenal don Gaſpar de Quiroga, Arçobiſpo de Toledo, Inquiſidor, Apoſtolico general mi ſeñor, taſſo a cinco marauedis cada pliego del Expurgatorio de los libros, que por el Catalogo impreſſo el año proxime paſſado ſu ſeñoria illuſtriſſima manda que ſe repurguen y emienden. Y para que dello conſte, di la preſente firmada de mi nombre, dia mes y año ſuſodichos, en teſtimonio de verdad. Yo Pedro de V.ale Villamañan, ſecretario.

Digitized by Google

LECTORI.

ECCE Concilij Tridentini fœtum, Lector, quo libros omnes de quocunque literarum genere in lucē æditos cenſendos eſt ſancitū; delegatis ad hoc viris impudētiáne dubiū an eruditione inſignioribus, qui Romanæ quicquid Eccleſiæ non concineret, ſeueritate non cenſoria damnarent modò, ſed & ſtylo verſo penitus inducerent. Quod in varijs factitatum locis, teſtis à Franciſco Iunio non ita pridem Index editus: teſtis & iſte, qui in Gaditana illa ab Anglis direptione, flammis & ruinis cum darentur cætera, funeſto velut rogo ereptus, & à Iacobo Iames V.C. ad nobiliſsimum Pleſsiaci Dominum miſſus; penes quem, ad facti fidem aſſerendam, prototypus, cuius hoc exemplum prodit. In quo quàm longè eorū ſeſe impudentia effuderit argumento eſſe poteſt, quòd non in nuperos, & Patres carnificinam exercere contenti, ni in ſacras ipſas literas (quo ſcelus nullum grauius) manus etiam afferrent: acceſsit fraudi fucus: nam quò tectior foret & excuſatior iſta improbitas, iniurioſi præcipuè in Indices extitere, obeliſco configentes quicquid Pōtificijs erroribus repugnare videbatur: Quaſi verò diuerſus ab Indice textꝰ, aut à textu Index. Atque vtinā intra hos fines audacia ſtetiſſet, & textum ipſum nequaquam violaſſent. Quod cum vtrumque hoc noſtro ſæculo, literarum luce renaſcente, facere nō exhorruerint; quid maiorum ætate, ignorantiæ caligine

Digitized by Google

offuſa, tentaſſe non credibile eſt? Sed tibi hoc legenti clariùs liquebit; imò quæ infra hîc ſubiecimus documento eſſe poſſunt nulli nec veteris, nec recentis memoriæ ſcriptori Ariſtarchos iſtos peperciſſe.

NVPERI.

Ex HIERONIMI OSORII *Epiſcopi Syluēſis libro de Iuſtitia l. 2. iſtud deleri iubent.*

Tunc verè fideles, ſumus cū Dei verbo audiētes ſumus.

Ex FERO *in Matthæum cap. 12. Super illud: Aut facite arborem bonam &c. iſta.*

Chriſtus hic apertè pronuntiat nos ex natura noſtra malas arbores eſſe.

Item cap. eodem.

Imò etiam in bonis operibus noſtris nonnihil mali concurrit. Omnes, inquit, iuſtitiæ noſtræ tanquam pannus menſtruatus &c. Vnde hoc prouenit, niſi ex reliquijs ipſius Adam? Quamuis enim qui in Chriſto ſunt baptizati, Chriſtum induerunt, Chriſtus autem iuſtitiā & gratiam ſecum adfert: tamen nondum planè interijt Adam ille vetus. Vnde fit vt cum Chriſtus gratia ſua ad bona opera extimulat, ipſe Adam, hoc eſt peruerſa natura, adijcit vel aliquid propriæ complacentiæ, vel proprij commodi &c. quo fit vt opus ipſum nunquam ſit perfectum, quamuis ex miſericordia Dei non imputetur pijs.

Ex

Digitized by Google

Ex ANDREÆ MASII *Comment ad Ioſuæ hiſtoriam cap. vlt. iſtud.*

Ad ſolam vitæ benè actæ imitationem, non etiam ad religioſum cultum, quem adorationem vocant Theologi, Diuorum monimenta conſeruare fas eſt.

Ex libro cui titulus eſt, Ordo baptizandi cum modo viſitandi Venetijs edito 1576.

Credis nō proprijs meritis, ſed Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtute ac merito ad gloriā peruenire? Credis quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus pro noſtra ſalute mortuus ſit, & quod ex proprijs meritis, vel alio modo null⁹ poſsit ſaluari, niſi in merito paſſionis ipſius? Non erit deſperandum vel dubitādum de ſalute illius, qui ſupra poſitas petitiones corde crediderit & ore cōfeſſus fuerit.

PATRES.

Ex ANTONII ABBATIS *Meliſsis ſiue Sermonibus in Bibliotheca SS. Patrum collecta per Margarinum de la Bigne Serm. 1.*

Eam verò ſolummodo naturam, quæ increata eſt, colere & venerari didicimus.

Ex EPIPHANIO *Hæreſi 69. pag. 364. Gloſſa deleri iubetur.*

Creaturam non adorari, *licet in textu legatur:* Sancta Dei Eccleſia creaturam non adorat.

Digitized by Google

Ex indice Chriſoſtomi.

Apoſtolorum doctrina facilis omnibuſque peruia.

*Chryſoſt. de Lazaro Conc.3.tom.2.p.*1355. Apoſtoli verò ac Prophetę omnia contra fecerunt(ſc. quàm à Chriſto alieni Philoſophi, dicendi artifices, & Rhetores) manifeſta claraque quę prodiderunt, expoſuerunt omnibus veluti communes orbis doctores, vt per ſe quiſque diſcere poſſit ea quę dicuntur è ſola lectione.

Nullum bonum hominis poteſt eſſe coram Deo acceptabile

*Idem ſeu. quis alius in Opere Imperf. in Matth. Hom.*13. Nullum bonum hominis acceptabile poteſt eſſe ante Deum, cùm nullum bonũ liberè homo facere poteſt, ſed ſemper contra malas concupiſcentias certando faciamus.

Confitenda Deo peccata, non homini.

*Idem de Lazaro Conc.3.tom.2.p.*1371. Cur pudeſcis & erubeſcis dicere peccata tua? Caue enim homini dixeris, ne tibi opprobret: Neque enim conſeruo confiteris, vt in publicum proferat, ſed ei qui Dominus eſt, ei qui tui curam gerit &c. *Mox.* Mihi ſoli dic peccatum (Deũ ipſum loquẽtem facit) priuatim, vt ſanem ulcus, teque dolore liberabo.

Eccleſia non ſuper hominem, ſed ſuper fidem ædificata.

Idem in Serm, de Pentecoſte tom.3.p. 877. Tu es Petrus, &ſuper

Digitized by Google

& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Super hanc petram; non dixit ſuper Petrum: Non enim ſuper hominem, ſed ſuper fidem ædificauerit Eccleſiam ſuam. Quid autem erat fides? Tu es Chriſtus filius Dei viui &c. Quid eſt ſuper petrã? hoc eſt ſuper confeſſionem, ſuper ſermones pietatis.

Fide ſola iuſtificari.

Idem Hom. de verbis Pauli, Non ſolum ſed & gloriamur in afflictionibus &c. tom. 3. p. 945. Nullis oneroſis aut laborioſis aut moleſtis mandatis impoſitis, ſed fide tantùm requiſita, & iuſtificauit nos & ſanctos reddidit &c.

Fidem ſolam ſaluare.

Idem in Epiſt. Pauli ad Tit. c. 2. Hom. 3. Si credis fidei cur alia inferes, quaſi fides iuſtificare non ſufficiat?

Sine Scriptura diuina nihil aſſeuerandum.

Idem in Pſal. 95. tom. 1. p. 960. Neque enim oportet quicquam dicere ſine teſtibus, ſolaque animi cogitatione. Nam ſiquid dicitur abſque Scriptura, auditorum cogitatio claudicat, nũc annuẽs, nũc hæſitans &c. Verùm è Scriptura diuinæ vocis prodijt teſtimonium, & loquentis ſermonem, & audientis animũ cõfirmat.

Ex Hilarij Indice.

Alienis meritis & operibus nemo iuuatur.

Hilar. in Matth. Can. 27. Et quia prodire obuiam fatuæ extinctis lampadibus non poſſunt, deprecantur eas quæ

quę prudentes non erant, vt oleum mutuent; Quibus reſpenderunt non poſſe ſe dare, quia non ſit fortaſſe quod omnibus ſatis ſit. Alienis ſcilicet operibus ac meritis neminem adiuuandum, quia unicuique lampadi ſuę emere oleum ſit neceſſe.

Ex Hieronymi indice.

Fides ſola iuſtificat.

Hierony. in Epiſt. ad Rom. c. 10. *Super illud, Inorantes enim iuſtitiam Dei &c.* Ignorantes quod Deus ex ſola fide iuſtificat, & iuſtos ſe ex Legis operibus, quam non cuſtodierunt, eſſe putantes, noluerunt ſe remiſſioni ſubjicere peccatorum, ne peccatores fuiſſe viderentur.

Et in c. 11 *ſuper illud, Quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael. Et ad Gal. c.* 2. *ſuper illud, Gentiliter viuis, & non Iudaicè.*

Opera non iuſtificant.

Idem ad Galat. c. 2. *ſuper illud, Quod ſi quærentes iuſtificari &c.* Si enim gentes fides ſola non ſaluat, nec nos: quia ex eperibus nemo iuſtificatur. Ergo adhuc peccatores ſumus, & Chiſtus peccatorum miniſter eſt, tanquam non valens peccata indulgere.

Imago vna tantùm veneranda

Idem in Ezech. l. 4. *c.* 16. *verſus finem.* Nos autem unum habemus virum, & vnam veneramur imaginem, quæ eſt imago inuiſibilis & omnipotentis Dei.

E Cy-

Digitized by Google

E Cyrilli Alexandrini textu & Indice.

Habitat Ieſus per fidem in cordibus noſtris.

Cyrill. Alex. in Eſay. l. 4. Orat. 5. in fine. Sed vbi non haberent Dei timorem in ſeipſis, nec Ieſum per fidem incolam reciperent ([a]Habitat enim in cordibus noſtris per fidem, ſicuti ſcriptum eſt) locum illum vacare antiquus ille & impurus ſpiritus cōſpicatus, irrupit denuo, & in illos tranſmigrauit, factaque ſunt illorum nouiſſima deteriora prioribus.

a Hæc ſunt ipſiſſima Pauli verba Epheſ. 3. v. 17.

Ex Indice Bibliorum ROBERTI STEPHANI in libros Veteris & Noui Teſtamenti cum alijs multis ſequentes propoſitiones deleri iubentur tanquam ſuſpectæ.

Credens Chriſto non morietur in æternum.

Iohan. c. 11. v. 26. Omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.

Fide purificantur corda.

Act. 15. v. 9. Nihil diſcreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum.

Iuſtificamur fide in Chriſtum.

Galat. c. 2. v. 16. Scientes autem quod non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti: & nos

Digitized by Google

nos in Chriſto. Ieſu credidemus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis.

Iuſtitia noſtra Chriſtus.

1. *Cor.c.*1.*v.*30. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio.

Iuſtus coram Deo nemo.

*Pſal.*143. vel. 142.*v.*2. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia nō iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Vxorem habeat vnuſquiſque.

1. *Cor.c.*7.*v.*2. Propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat.

Digitized by Google

Ad Lectorem.

EXPVRGATI SVNT AB SPEctatæ fidei, & doctrine viris libri illi, quos catalogus prohibitionum deſignat: præter paucos admodum, quorum, cum copia non eſſet, ne rationem quidẽ haberi fuit neceſſe. Non tàm quòd neque plures, neque maioris eſſent momenti, quàm quòd hoc labore, qui nunc ſuſceptus eſt, non eſt emendãdi finis factus: ſed initium potius, & ſpecimen datum. In quo ſe poſthac Doctorum, & piorum virorũ opera, & ſtudio iuuari ſanctæ Inquiſitionis Officium vehementer exoptat. Reſtabunt enim, occurrentque expurgandi multò plures, vel quia optimos quoſque autores deprauare, & inficere hæretici nunquam deſiſtent, vel quia ex catalogi regulis ipſorum quoque hæreticorum ſcripta quædam, quatenus ſalua religione liceat, eruditionis gratia tolerantur. Ex quibus vt omnium manibus tractari tutò poſsint, erunt continẽter aliqua neceſſariò delenda, atque amputãda. Curabitur autem, vt correctiones huiuſmodi per illos, qui expurgationibus pręficientur, quam minimo eorũ, qui libros corrigendos deferent, & ſumptus, & laboris impendio fiant. In notandis porrò autorum operibus, qui eccleſiæ tuendæ, augendæque ſtudio ad ſcribendum in poſterum accedent, ne cuiuſquàm langueſcat induſtria, neúe ab ijs, qui maximè auxilio eſſe poſſent, religionis cauſa propterea deſeratur, illorum nominis, atque exiſtimationis antiquiſsimam, perpetuamque fore apud ſe curam, ſanctæ. Inquiſitionis Officium vel maximè profitetur, Vale.

Digitized by Google

Index
LIBRORVM
expurgandorum.
A

ALBERTUS
Argentinenſis.

Ex Alberti Argentinenſis Chronico.

§. ſiue. c. 4. (pag. 668. in volumine operum Ioannis Cuſpiniani, impreſſo Baſileæ per Ioannem Oporinum) deleatur capitis titulus, qui ſic habet. De potentia, & ſuperbia ſedis Apoſtolicæ, ac Prædicatorum, & Minorũ. *Deleatur etiam caput ipſum, cuius initium eſt.* Poſt Fridericum. *vſque ad.* Defendantur ab illis.

ALONSO
de Vlloa.

De Alonſo de Vlla, en la vida del Emperador Carlos V. impreſſa en Venecía año de 1573.

Fol. 243. quit eſe deſde las parabras. El Doctor Conſtantino, *&c. haſta* traduxe en eſta lengua *aſsi enla di cha impreſsion, como en qualquiera otra: y en qualquiera lengua que el dicho libro ſe halle.*

AMATUS
Luſitanus.

Ex Amati Luſitani curationum medicinaliũ centurijs.

Centuria. 4. curatione. 36. pag. 233. in excuſsis Lugduni apud Ioannem Franciſcum, anno. 1556.

A Deleatur

Digitized by Google

D*eleatur caput continens curationem.* 36. *quod incipit.* Monacha ex hijs, *vſque ad illa verba*; Alios locos ſuæ doctrinæ taceam.

Deleatur etiam eiuſdem capitis titulus, cuius initium eſt. De mola matricis, *vſque ad*, prægnantibus factis.

Centuria. 5. *curatione.* 51. *de quartana curata, pag.* 147. *deleantur illa verba*, quàm vt inter monachos agat dignus.

In fine Centuria. 6. *&* 7. *deleatur iusiurandum eiuſdem Amati Luſitani, ab illis verbis*, Iuro Deum immortalem, *vſque ad*, Me nihil prius, aut antiquiùs. *Et parùm infrà, deleatur ab illis verbis*, Eodemque loco ſemper apud me, *vſque ad*, Sectatores eſſent.

ANDRÆAS
Maſſius.

Ex andreæ Maſſij commentarijs ad Ioſuæ Imperatoris hiſtoriam impreſſ. Antuerp. anno. 1574.

Commentario in. c. 1. *pag.* 32. *lin.* 26. *ibi.* Quod Latina tranſlatio mendoſè profectò expreſſit, *deleatur.*

Comment. in. c. 2. *pag.* 43. *lin.* 19. *ibi.* Quod enim Latinus non linum ipſum, ſed lini ſtipulam interpretatur, vix ferri poteſt, *deleatur.*

Cap. 3. *pag.* 56. *lin.* 19. *ibi.* Non ſatis conſideratè Latinus videtur interpretatus eſſe. *deleatur.*

Comment. in. c. 22. *page* 325. *lin.* 21. Non vt eam adoremus, ſed, *deleatur.*

Comment in. c. vlt. pag. 343. *lin.* 42. *ibi.* Ad ſolá enim vitæ benè

benè actæ imitationem, non etiam ad religioſum cultum, quem adorationem vocant Theologi, Diuorum monimenta conſeruare fas eſt. *deleatur.*

ANTONIUS de Roſellis.

Ex Antonij de Roſellis de Aretio tractatu de poteſtate Imperatoris & Papæ, & de concilijs: qui habetur in vol. 5. tractatuum diuerſorum doctorum, Impreſſ. Venet. fol. 87.

Fol. 92. *in verſ. qui incipit.* Plus videtur. *in princip. ibi,* coertionemque corporalem. *expungatur dictio illa,* corporalem.

Fol. 94. *in verſic.* ne prolixius. *num.* 5. *ab illis verbis,* Profectò factum tale, *vſque ad nu.* 6. *qui incipit.* Clericus verô. *deleatur.*

Fol. 95. *verſ.* Decimæ rationi maximè. *num.* 2. *per totum deleatur.*

Fol. 100. *verſ.* vltimò videtur. *col.* 6. *nu.* 10. *ab illis verbis.* Et ad primum firmiter teneo, *per quatuor colū. ſequen. vſque ad verſ.* Nunc aliud reſtat dubium *expungatur.*

ARNALDUS de Villanoua.

Ex Arnaldi de Villanoua operibus reijciantur ſequentes tractatus.

Fol. 215. *liber inſcriptus,* Remedia contra maleficia, *cuius initium eſt.* Sunt quidam, qui maleficijs.

Fol.290.tractatus,cui titulus eſt. Expoſitiones viſionum quæ fiunt in ſomnijs, *qui incipit.* Philoſophantes antiquos.

Fol. 293. liber de iudicijs aſtronomiæ. *cuius initium eſt.* Circa ſigna vniuerſalia.

Fol. 296. *libellus, qui inſcribitur.* Roſarius philoſophorũ, *cuius initium eſt.* Iſte nanque liber vocatur Roſarius.

Fol. 300. *liber, cui titulus eſt.* Nouum lumen. *& incipit.* Intellige ergo dictum Philoſophi.

Fol. 301. *tractatus* de ſigillis, *cuius initium eſt.* In nomine viui patris.

Fol. 302. *liber inſcriptus,* Flos florum, *cuius initium eſt,* Scias chariſſime.

IN D. AVGVSTINVM annotationes.

Ex annotationibus Eraſmi, & ſcholijs Ludo. Viuis in opera D. Augiſt.

Tomo primo.

In epiſtola nuncupatoria. col. 2. in initio deleantur illa verba. Verùm vtique ſeruauit coniugij fidem. Quam probitatem hodie non temerè reperias in ſacerdotibus, & abbatibus.

Ex vita Auguſtini deleantur hæ annotationes marginales.

Cap.17.deleantur illa verba. Cæſar pronunciat hæreticos.

Cap. 22. *deleantur illa verba.* Vbi hic baltheus coriaceus, & cucullа nigra?

Cap.14.

Cap. 24. Deleantur illa verba. Hoc exemplum nunc nullum imitatur.

Item paulò inferiùs deleatur illud. Quis hoc nunc faceret?

Item aliquantulò poſt deleatur illud. Aliud nunc fit, *& inferiùs deleatur*, ô ſcelus.

Tomo ſecundo.

Ex argumentis epiſtolarum, & annotationibus marginalibus deleantur quæ ſequuntur.

Epiſt. 3. in princip. deleantur illa verba. Phraſi ineptam, ſenſu parùm Chriſtianam.

Epiſt. 10. in fin. deleantur illa verba. Nunc non ignoſcunt.

Epiſt. 19. ante med. deleantur illa verba. Sacramenta legis non ſunt bona.

Ibidem paulò inferiùs deleantur illa verba. Ob ſcandalum poſteà erat neceſſe damnare.

Ibidem verſus finem deleantur illa verba. Imò non adſtruit.

Epiſt. 48. prope finem deleantur illa verba. Hoc nimium crebrò fit apud noſtrates.

Epiſt. 50. verſus finem deleantur illa verba. Sacerdotes diſpenſatores, non proprietarij.

Epiſt. 53. in initio deleantur illa verba. Non iteranda pœnitentia.

Epiſt. 54. prope finem deleantur illa verba. Leges ciuiles medium inter Chriſtum, & diabolum.

Epiſt. 91. in argumento deleantur illa verba. In hac epiſtola dictionem, & ingeniũ, & eruditionem tali dignam

Digitized by Google

præſule deſiderare cogimur.

Epiſtola. 93. in argumento deleantur illa verba. Eiuſdem ingenij epiſtola eſt.

Ibidem paulò poſt medium deleantur illa verba. Etiam Romana eccleſia credidit, Euchariſtiam paruulis neceſſariam.

Epiſt. 96. in argumento deleantur illa verba. Suo more ſæuus potius, quàm eruditus, & ad damnandum, quàm docendum inſtructior.

Epiſt. 105. verſus finem deleantur illa verba. Hoc Ambroſius.

Epiſt. 106. verſus fin. deleantur illa verba. Euchariſtiam infantibus neceſſariam putat.

Epiſt. 107. verſus finem deleantur illa verba. Euchariſtiam infantium.

Epiſt. 109. verſus finem deleantur illa verba, M4, *& paulò poſt.* Hoc nunc optarent.

Epiſtola. 119. cap. 20. deleantnr illa verba. Ciborum delectus.

Epiſt. 121. cap. 16. deleantur illa verba. Vbi rei.

Epiſtola. 168. in princip. deleantur illa verba. Nunc exuruntur.

Tomo quarto.

Deleantur hæ annotationes marginales.

Libro primo. De mendacio ad Conſentium. *cap. 13. deleantur illa verba.* Quando mentiri malum non ſit.

Cap. 15. alterius libri, qui inſcribitur, Contra mendatium, ad eundem Couſentium, *deleantur illa verba.*

Tole-

Digitized by Google

Tolerabiliùs potuiſſe mentiri in veteri lege, quàm in noua.

Lib. vnico. De cura pro mortuis gerenda, *cap.12. deleantur illa verba.* Mortuorum animæ non ſentiunt res viuentium.

Lib. vnico. De bono viduitatis, *deleatur cenſura Eraſmi: quia liber de bono viduitatis, ad Iulianum ſcriptus, eſt Auguſtini: vti aſſerunt Poſſidonius in Indiculo, & Beda, in cōmentarijs in.1.Cor.7.& Philipp.4.& 1.ad Timoth.5. Tum quòd 15.cap. eiuſdem libri autor ipſe teſtatur, librum de ſancta virginitate, & librum contra Fauſtum Manichæum à ſe compoſitos eſſe.*

Tomo quinto.

In commentarijs Ludouici Viuis ad libros D. Auguſtini de Ciuitate Dei, deleantur ſequentia.

In epiſtola ad Regem Angliæ, paulò poſt initium, deleantur illa verba. Præſertim cum regno, cuius poteſtas, maieſtas que eſt in terris, ſecundùm Deum, *&c.* vſque *ad illud.* Ac prius quidem optimus quàm Maximus.

Deleatur itidem tota præfatio, cuius titulus eſt. De veteribus interpretibus.

Lib. 1. cap. 21. in ſcholijs, litera. A. deleantur illa verba. Quòd ſi illi pij ſunt habiti, quòd vt Deo parerent contra humanitatem omnem, *&c. vſque ad illud,* Vetante Deo contrucidemus.

Eod. lib. in ſcholijs, cap. 27. litera. A. deleantur illa verba. Ne quis fallatur hoc loco: nemo olim ſacro admouebatur baptiſterio, niſi adulta iam ætate, *&c. vſque*

ad finem annotationis.

Lib. 3. cap. 10. in ſcholijs, litera. C. deleantur illa verba. Interpres noſter, quia figuram illam loquendi non tellexit, effutijt quod ipſi primùm venit in mentem, &c. *vſque ad finem annotationis.*

Lib. 5. cap. 25. in ſcholijs, litera. F. deleantur illa verba. Stultum eſt affirmare Imperatorem Romanum ius habere in totum orbem terrarum, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Lib. 6. in ſcholijs capitis. 4. litera. C. deleantur illa verba. Hæc, quæ modò dixi, dialectica eſſent, ſi verbis dialecticis ſcriberentur, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Lib. 7. in ſcholijs capitis. 26. litera. A. deleantur illa verba. Quid ſi nunc viderent Auguſtinus & Cicero, ditiſſima & ampliſſima ſodalitia, ab his poſcere ſtipē? *&c. vſque ad finem annotationis.*

Lib. 8. in procemio eiuſdem Ludouici Viuis, deleantur illa verba, quæ ſunt poſt principium. Qui in Philoſophorum ſcholis, Theologorumque verſantur.

Eod. lib. in ſcholijs cap. 27. litera. D. deleantur illa verba, Atqui mos nunc eſt, quo tempore ſacrum celebratur Chriſti, morte ſua genus humanum liberantis, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Lib. 9. c. 17. deleatur totus eius capitis commentarius.

Lib. 11. in ſcholijs ad cap. 18. litera. B. deleantur. illa verba, Tolerabile eſt quia Auguſtinus dicit: Si quis noſtrū diceret, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Lib. 12. in ſcholijs cap. 9. litera. D. deleantur illa verba, Si

data eſt

Digitized by Google

data eſt gratia angelis omnibus, reſpectus eſſet perſonarum, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Lib. 15. in ſcholijs. c. 7. litera. F. deleantur illa verba, Ideò fruſtrà mali ſacrificant, à quîs non modò Deus, ſed nec vir bonus, donari velit, vt inquit Plato.

Eodem lib. cap. 23. litera. F. deleantur illa verba. Vnde mihi ſuſpicio nonnunquam incidit, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Lib. 16. cap. 37. in ſcholijs litera, B. deleatur tota annotatio, cuius initium eſt. Hoc eſt verum.

Eodem lib. cap. 43. litera. L. deleantur illa verba. Sicut ij, qui quò ſunt in omni ſermone ineptiores, & ſordidiores, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Lib. 17. cap. 5. litera. B. deleantur illa verba. Vnde credo manaſſe morem ad noſtros Rabbi, *&c. vſque ad finem cum tota annotatione ſequente: nimirùm vſque ad illa verba*, Sic ſemper erit quandiu opes ſollicitabunt humanum cor.

Lib. 18. cap. 18. litera, D. deleantur illa verba. De quo multa Thomas, cuius argumenta nititur infirmare Scotus, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Eodem lib. cap. 22. litera, A. deleantur illa verba. Nunc verò nomen tam odioſum exuit: nam nihil eſt in ea confuſum, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Lib. eodem cap. 31. litera. C. deleantur illa verba. Huius prophetæ fit mentio Danielis. 14. quod prandium ſuum ex Iuda Babylônem tulerit ad Danielem.

Eod. lib. cap. 52. litera B. deleantur illa verba. Vtinam moderationem hanc ſequerentur Chriſtiani. &c.

vſque ad

vſque ad finem annotationis.

Lib. 19. in ſcholijs ad caput. 6. litera. B. deleantur illa verba Tanquam religioſiſſima.

Eodem libro capitulo. 19. litera. A. deleantur illa verba. Quum Dominus quæritur epiſcopos laqueũ factos ſpeculationi. *&c. vſque ad finem annotationis.*

Lib. 20. cap. 26. litera A. deleantur illa verba. De diua Virgine venit poſteriore ætate. *&c. vſque ad finem annotationis.*

Lib. 21. cap. 7. deleatur integra annotatio à litera, A. vſque ad. B

Tomo ſexto.

Deleantur hæ annotationes marguinales.

Lib. De hæreſibus ad Quoduultdeum. *numero.* 54. *deleantur illa verba.* ſola fides.

Ibidem num. 57. deleantur illa verba, Monachi otioſi.

Ibidem num. 82. deleatur illud. O ſcelus!

Lib. 1. contra Maximinum, Arianorum epiſcopum, *circa medium, deleantur illa verba.* Hoc nunc fit quibus libet Diuis.

Lib. 3. contra eundem, cap. 5. deleantur illa verba. Contagia terrena ſunt, ſitis, fames, laſſitudo, dolor, mors, ad hæc deſcendit Chriſtus.

Tomo ſeptimo.

Deleantur hæ annotationes marginales.

Lib. 2. contra literas Petiliani. *cap. vlt. deleantur illa verba* Id negant hodie.

Lib. 3.

Digitized by Google

Lib. 3. contra Creſconiũ. *c.* 45. *vbi legitur.* Concilium vitandum. *legendum eſt,* Concilium vitatum.

Lib. 2. contra Donatiſtas, *cap.* 7. *deleantur illa verba,* Non eſt in Euangelio.

Lib. 6. contra Donatiſtas. *c.* 4. *deleantur illa verba.* Eccleſia occulta.

Lib. 1. de peccatorum meritis *c.* 19. *deleantur illa verba,* Euchariſtia etiã infantibus neceſſaria, vt Baptiſmus

Lib. 2. *cap.* 16. *deleatur verbum.* Σκληρόν.

Lib. 1. Ad Bonificatiũ contra duas epiſtolas Pelagianorum. *cap.* 11. *deleatur.* σκληρόν

Eod. lib. cap. 22. *deleantur illa verba.* Euchariſtia paruulis neceſſaria.

Lib. 4. *cap.* 4. *ad eundem, deleantur illa verba.* Euchariſtia infantium.

Lib. 1. contra Iulianum. *cap.* 2. *deleantur illa verba.* Euchariſtia in paruulis.

Lib. 3. *contra eundem cap.* 12. *deleatur verbum.* Euchariſtia.

Eod. lib. cap. 25. *deleantur item vox,* Euchariſtia.

Lib. 5 Hypognoſticôn, *propè finem, deleantur illa verba.* Euchariſtia paruulis, ſub vtraq; ſpecie,

Ibidem, paulò poſt deleatur verbum. Purgatorium.

Ex quibuſdam Indicibus Frobennianis in opera D. Auguſtini, præſertim antiquioribus, delendæ ſunt ſubiectæ propoſitiones, vbi inuentæ fuerint.

Euchariſtiam non eſſe ſacrificium, ſed ſacrificij memoriam.

Euchariſtia paruulis neceſſaria.

Fides,

Digitized by Google

Fides, non opera, iuſtos ab iniuſtis diſcernit.
Fides ſola iuſtificat.
Imaginum vſus prohibitus.
Imagines ex deſiderio morientium cœptæ conſtitui.
Iuſti ſumus ſola fide.
Iuſtos ab iniuſtis fides diſcernit, non opera.
Liberum arbitrium non habet diabolus.
Machabæorum liber apocryphus.
Matrimoniũ oĩbus cõceſſum, qui cõtinere nõ volũt.
Mortuos non ſtatim ad ſanctorum locum deferri: ſed in requie diem Domini expectare.
Mortuis nullam curam de viuis.
Non opera, ſed fides iuſtos ab iniuſtis diſcernit.
Opera, etſi non iuſtificent, ſunt tamen ad ſalutem neceſſaria.
Opera noſtra nos non ſaluare.
Petrus nõ ſimulauit, ſed verè in errore fuit Iudæorum.
Peccata venialia damnant.
Peccata per Baptiſmum omnia dimittuntur, quæ poſt illum perpetrantur.
Sanctorum legendas eſſe apocryphas.
Sanctorum inuocationem præcauit Ioannes.
Sancti mortui poſt hanc vitã ſubuenire non poſſunt.

AUGUSTINUS Engubinus.

Ex Auguſtini Eugubini Coſmopœia, impreſſ. per Sebaſt. Gryphi. anno. 1535.

Pag. 29. in primum caput Geneſ. in illa verba. In principio creauit Deus cælum & terram, *expungatur ab illis verbis.*

verbis. Quare, & ab Hebræis & Latinis, *vſque ad illa eiuſdem pag.* Errorem non defendo.

B

BIBLIA Roberti Stephani.

Ex Biblijs Roberti Stephani, cum duplici textu & annotationibus Vatabli.

Poſt. Bibliorum titulum verſa pagina tota deleatur.

Fol. principio. 4 *.totus index deleatur, cui titulus eſt.* Index alter, in quo itidem noui inſtrumenti teſtimonia ex veteri excerpta annotauimus.

Inter prologos Bibliorum, qui initio præfiguntur, deleatur argumentum in lib. Iob: præſertim ab illis verbis. In hoc verò libro hæc quæſtio tractatur, an'ne etiam probis à Deo malum accidat. *&c. vſque ad finem.*

Geneſis.

Cap. 6. *num.* 11. *deleatur illud.* Iſta eſt hiſtoria de Noë, quem iuſtum fuiſſe per fidem pronunciat Paulus ad Hebræos. 11. quòd Deo prædicenti diluuium credidiſſet. Eundem vocat Petrus iuſtitiæ præconem. 2. Petri. 2.

Cap. 14. *num.* 14. *deleatur illud.* Benedixitque illi, ſubaudi Deo. 1. gratias illi egit de victoria data Abrahæ.

Cap. 15. *num.* 4. *deleatur illud.* Huius tuæ fidei.

Eod. cap. num. 13. *deleantur illa verba.* Et reputauit ei illam ad iuſtitiam: illam ſub. fiduciam, id eſt, ob eam credulitatem, quia credidit Deo, liberos promittenti, iuſtus apud Deum habitus eſt.

Eodem.

Digitized by Google

Eodem cap. ad marginem, litera. B. deleatur illud. Abraham fide iuſtus.

Exodus.

Cap. 18. *ad marginem litera. C. deleantur illa verba.* Moyſes ſecundùm leges Dei iudicat lites populi.

Cap. 20. *num.* 23. *deleatur tota annotatio.*

Leuiticus.

Cap. 5. *num.* 18. *deleatur illud.* Triſtitia comes eſt peccati, & peccatoris oratio Deo placere nequit.

Eod. cap. num. 28 *deleatur illud.* Declarabit eum emundatum à peccatis.

Cap. 10. *n.* 31. *deleatur illud.* Ideſt, remiſſam declaretis.

Cap. 17. *ad marginem, paulò ante literam B. deleatur illud.* Sacrificia damnat, quæ non fiunt ad oſtium tabernaculi fœderis.

Cap. 21. *ad marginem paulò ante literam. B. deleatur illud.* Sacerdos non interſit mortuorum exequijs.

Cap. 26. *ad marginem, paulò ante literam. B. deleatur illud.* Sculptilia prohibet fieri.

Eod. cap. ad marginem litera C. deleatur illud. Promiſſionis ſuæ memor Deus, parcit populo cõfitenti peccata.

Numeri.

Cap. 11. *ad marginem, litera. B. deleatur illud:* Et infidelitas.

Eod. cap. ad marginem litera. E. deleatur illud. Infidelitas Moyſi.

Cap. 23. *num.* 26. *deleatur illud*: Non aſpexit iniquitatem in Iacob, nec vidit calumniam, *&c.* Ideſt, Dominus peccatum Iſraëli nõn imputat propter fidem: pec-

cat quidem

cat quidem fidelis, ſed ſtatim condonatur ei peccatum.

Deuteronomium.

Cap. 4. ad marginem litera. C. deleatur illud : Dehoratio à quacunque ſimilitudine adoranda.

Eod. cap. ad marginem litera. D. deleatur illud: Imagines ne fiant, quæ adorentur.

Eod. cap. nu. 24. deleantur illa verba : Corrumpatis, ſubaudi vos, & faciatis vobis ſculptile aliquod, aut ſimilitudinem cuiuſcunque ſimulachri, hoc eſt imaginẽ, *&c.* vel ne fortè corrupti faciatis, *&c.*

Cap. 7. ad marginem litera. D: deleatur illud: Sculptilia, ſiue imagines.

Cap. 9. ad marginem, ante literam. B. deleantur illa verba: Nõ propter iuſtitiam, & æquitatem cordis tribuit quid quam Deus hominibus. *Et paulò inferiùs ad marginem deleatur illud:* Iuſtitia hominum.

Cap. 11. ad marg. litera. D. deleantur illa verba : Benedictio obedientibus verbo Dei: maledictio non credentibus.

Cap. 13. ad marg. ante literam. B. deleatur illud : Pſeudopro pheta miraculis à verbo Dei abducens.

Eod. cap. paulò inferius deleatur illud : Miraculis tentat fidem noſtram Deus.

Eod. cap. ad marg. litera. B. deleatur illud: Occidendus, qui à fide, & fiducia in Deum abducere tentet, etiam ſi ſit vxor.

Eod. cap. ad marg. litera. C. *deleatur illud:* Ciuitatem à fiducia in Deum abductam iubet ipſe Deus comburere, &

re, &

Digitized by Google

re, & habitatores occidere.

Cap.15.ad marginem paulò ante literam.B. deleantur illa verba: Alendi pauperes:nec permittendum vt mendicent.

Eod.cap.nu.23.deleatur illud: Quia apud Iudæos nulli erant mendici publici.

Cap.17.in ipſo textu nouæ editionis.nu.12.deleantur illa verba. In actionibus iudicialibus.

Cap. 18. ad marg. litera. D. deleatur illud. Propheta aliud, quàm verbum Dei, prædicans, interficiendus.

Ioſue.

Cap.1.num.10. deleatur illud. Ire ad dexteram eſt addere verbo Dei.

Regum.1.

Cap.2.num.7.deleantur illa verba. Vel nullus eſt, *&c.* quaſi dicat, nullus alius coli debet, pręter Dominum: nam eſt clementisſſimus, *&c.*

Eod.cap.nu.8. deleatur illud. Qui pro ſalute invocandus ſit.

Cap.7.nu. 7.deleantur illa verba. Doctus inter Hebræos dicit hanc hauſionem, & effuſionem aquæ fuiſſe inſignum fidei remiſſionis peccatorum, dicentes, evaneſcant peccata noſtra, vt hæc aqua, dele peccata noſtra. Alius inter eos in ſignum humiliationis inquit.

Eod.cap.& num.vbi legitur: Reſipiſcentes, *legendum eſt,* Pœnitentes.

Eod.cap.ad marg.paulò ante literam. B. deleantur illa verba. Serviendum ſoli Deo.

Cap.12.litera.D. ad marginem deleatur illud: Propter promiſſio-

Digitized by Google

miſſiones ſuas parcit Deus.

Cap.17.litera.D.ad marginem deleatur illud: Dauidis fides, & Saulis diffidentia.

Regum.2.

Cap.7.ad marginem paulò ante literam.B.deleantur illa verba: Nihil vult Deus agi,ſine verbo ſuo.

Regum.3.

Cap.8.in ipſo textu.nu. 96. deleatur illud: Reuocauerintq; ad cor ſuum in terra,in quam captiui abducti ſunt,ſi inquam reſipuerint.

Cap.22.ad marginem litera. C. deleatur illud: Deus opera pſeudoprophetarum ſeducit interdum eos,qui verbum eius oderunt.

Regum.4.

Cap.2.num.23.deleatur illud: Ideſt in ſinum Abrahę *&c. vſque ad finem annotationis.*

Cap.20.ad marginem litera B. deleatur illud: Propter ſe, & promiſſa ſaluat Deus.

Paralipom.1.

Cap.5.ad marginem,litera.C.deleatur illud. Orantes in fide dum prælianturr vincunt Agarenos.

Cap.17.paulò ante literam. B. deleantur ex margine illa verba: Sine verbo ſuo nihil vult agi Deus.

Paralipom.2.

Cap. 6. num. 57. deleantur illa verba. Ideſt,meminerint ſe peccaſſe.

Cap.18.ad marginem litera.E.deleantur illa verba: Deus per ſpiritus erroris in orę pſeudoprophetarũ ſeducit in-

B terdum

terdum eos, qui verbum ſuum oderunt.

Eſdræ.1.

*Cap.10.nu. 33.deleatur illud.*q.d. Donec propoſita reſipiſcentia noſtra(vel per reſipiſcentiam noſtram) placemus Dominum iratum in nos.

Liber Iob.

Cap.3.nu.19. deleatur illud : Putabat mortem eſſe finem malorum,iuxta vulgi opinionem.

Cap.5.num.14 vbi legitur : Hortatur eum ad reſipiſcentiam, *dicatur*, ad pœnitentiam.

Cap.7.num.16.vbi legitur : Quæ eſt mihi vice cuſtodiæ: verba impatientis, *dicatur*, quæ eſt mihi vice cuſtodiæ tanquam impatientis.

Cap.8.ad marginē. ante literā.B.vbi legitur: Et reſipiſcentiam reuocare, *legendum eſt:* Et pœnitentiam reuocare.

Eod.cap.litera.B.vbi legitur: Primum argumentum reſipiſcentium, *dicatur* ,pœnitentium.

Cap 9.ante literam.B.ad marginem deleatur illud : Comparatus Iob iuſtitiæ Dei comparatione hominis iuſtitiam nullam declarat.

Eod.cap.ad marg.litera.D.deleatur illud: Rurſum oſtendit neminem poſſe, iudicante Domino, iuſtificari.

Cap.12.num.9.deleatur illud : Senum autoritatem eſſe ſacroſanctam, modò conſentiat cum iudicio ſpiritus.

Cap.13.ad marg.litera.C.deleantur illa verba: Agnoſcentibus peccata ſua ſalus promittitur, hypocritis verò condemnatio.

Cap.15.nu.14.deleatur illud. q. d. Quî fieri poteſt, vt coram Deo purus ſit homo ? probat nullum hominem eſſe

nem eſſe

nem eſſe purum.

*Eod.cap.nu.*15.*deleatur illud:* Adeò, vt, ſi cum Deo conferantur, ſint impij.

*Cap.*22.*nu.*1. *vbi legitur:* Ad reſipiſcentiam hortatur, *dicatur*, ad pœnitentiam.

*Cap.*25.*ad marginem deleantur illa verba:* Baldad probat, coràm Deo neminem eſſe mundum.

*Cap.*28.*nu.*16.*deleantur illa verba:* Sita in ſola in Deum fiducia.

Pſalmorum liber.

Pſal 1.*ad marg.deleatur illud:* Impiorum, & infidelium interitus.

*Pſal.*14.*ad margin. deleatur illud:* Quibus oporteat eſſe moribus præditos veros cælorum ciues, & eccleſiæ Dei municipes.

*Pſal.*15.*in ipſo contextu nouæ editionis deleatur verſus penultimus, qui incipit:* Nec enim deſeres animam meam apud ſepulcrum.

*Pſal.*18.*ad marg. litera. B. deleatur illud:* Puritas Chriſti: quæ & noſtra facta eſt.

*Pſal.*27.*ad marg.lite.D.deleatur illud:* Salutis certi.

Pſal. 31. *ad marginem deleatur illud:* Qui beati, & iuſti. Ioan 4. A.

*Pſal.*33.*litera B.ad marg.deleatur illud:* Spes in Deum.

*Eod.pſal.lit.*C.*deleatur illud:* Spes in Deo.

*Pſal.*34.*ad marg.litera.D.deleantur illa verba:* Iuſtitia Dei.

*Pſal.*36.*ad marg. litera.* C. *deleatur illud:* Deus dux, & rector fidelium.

Eod.pſal.inferiùs deleatur illud: Fideles non relinquuntur à Deo.

Digitized by Google

Eod.pſal. deleantur illa verba: Exhortatio ad opera fidei.

Pſal.38.ad marg deleantur illa verba: Deo fidit.

Eod.pſal.inferiùs deleatur illud: Orat peccata condonari ſibi.

Pſalm.39.litera.B.ad marg.deleantur illa verba: Chriſtus hoſtia pro peccatis noſtris.

Eod.pſal.litera.C. deleatur illud. Iuſtitiam, qua peccator iuſtificatur,& miſericordiam prædicavit Chriſtus.

Eod.pſal.paulò inferiùs ad marg.deleantur illa verba: Chriſtus afflictus putat ſe derelictum à patre.

Pſal.68.ad marg. litera. B. *deleantur illa verba:* Irriſiones Chriſto factæ.

Pſal.71.ad marg. deleatur illud: Peccata agnoſcentem liberat Chriſtus.

Pſal.80.ad marg.litera. B. deleantur illa verba. Qui Deo credit in nullo alio fidit.

Pſal.88.ad marg.litera. E.deleatur illud. Peccatores punit ſaluaturus quidem Deus:ſed tantùm propter ſuam miſericordiam.

Pſal. 90.ad marg.deleatur illud: Canit quàm tutus agat, liberq; malis vniuerſis,qui Deo ſe ſola fide commiſerit.

Pſal.95.nu.6.deleantur illa verba. Hoc tempore reuelati Euangelij

Pſal.98.ad marg,deleantur illa verba. Peccatis ſanctorum propitius Deus,& ſi ea quandoque vlciſcatur.

Pſal.124.ad marg.deleatur illud: Deus fidentes ſibi nunquàm derelinquit.

Pſal.

Pſa. 125.ad marg. deleatur illud: Fideles ſequitur crux ducens ad gloriam.

Pſa. 127. ad marg. deleantur illa verba. In laboribus manuum.

Prouerbiorum liber.

Cap.1.num.5.deleatur illud: Ideſt fides iuſtificans.

Cap.5.ad marg.litera.C. deleatur illud. Proprijs laboribus vult nos iuuare, eosq; alijs impertiri.

Cap.9.nu.7.deleantur illa verba: Et de iuſto per fidem.

Cap.13.nu.10.deleantur illa verba: Hoc eſt bonis fidei.

Cap.16.nu.27.deleatur illud: De labore manuum loquitur, qui omnibus hominibus impoſitus eſt: vt ſudore vultus acquirant neceſſaria vitæ.

Cap.21. num.11.deleantur illa verba: Peruertit, ſubaudi, Deus.

Eod.cap.& nu.paulò inferiùs deleatur illud: Quia Dominus peruertit impios, vt malè pereant.

Eccleſiaſtes.

Cap.1.nu.17. deleantur illa verba: Hac propoſitione damnat opera hominis ſine gratia.

Cap.5.nu. 6.deleatur illud: Dicit autem opus quia per infidelitatem omnia noſtra opera coràm Deo ſunt peccata.

Eod.cap.num 12.deleantur illa verba: Et conuenit Dei mãdato, In ſudore vultus tui veſcêris pane: ita Chaldæa paraphraſis.

Cap.9.ad marg.ante literam.B.deleatur illud: Per iuſtitiam operum neſcit homo amore an odio dignus ſit.

Eod.cap.nu.8.deleatur illud: Partem, ideſt, no ſunt parti-

cipes eorum, quæ fiunt in hoc mundo.

Eod. cap. nu. 9. deleatur illud: Ex quo.ſ. receſſiſti à iudicio carnis, ad iudicium ſpiritus: ex quo recepiſti cum per fidem.

Eod. cap. nu. 15. ad fin. deleatur illud: Quæ ſtulta eſt.

Cap. 11. ad marg. litera. B. deleantur illa verba. Omnia committenda diuinæ prouidentiæ.

Cantica canticorum.

Cap. 1. nu. 1. deleantur illa verba: Nam ſchemate amatorij carminis: vt pſal. 44. quo dotes Salomonis, & filiæ Pharaonis celebrantur, eorumq; mutuus amor, & legitima coniunctio.

Eod. cap. nu. 29. deleantur illa verba: Quandiu fuit Chriſtus in eccleſia, fides eccleſiæ dedit odorẽ ſuum.

Cap. 2. nu. 9. deleatur illud: Dicit ſe infirmam dilectione vt infirmus fide dicitur: præcipuè cupit ab ipſo ſponſo erigi.

Eod. cap. nu. 23. deleantur illa verba. Vel imbres euanuerunt, & abierunt, vacat ſibi, ideſt, terrores, & hominum traditiones.

Cap. 3. nu. 2. deleantur illa verba: Sola gratia inuenitur Chriſtus, non opera hominis.

Eod. cap. nu. 15. deleantur illa verba: Vt autem operimentum, ſiue cælum lecti tegit eos, qui in lecto ſunt, ita & ſanguis Chriſti nos tegit.

Cap. 4. nu. 4. deleantur illa verba: Per dentes intelligit fidem, & per fidem omnes æqualiter. Nam omnes ſumus per fidem filij: & ea fides nunquam abortit, ideſt, bona ſemper facit opera.

Cap. 6.

Digitized by Google

Cap.6.nu.11.deleatur illud: Fidem comparat ouibus parientibus gemellos vnico partu: vt oſtendat, fidem ſemper exire in bona opera.

Sapientia.

Cap.1.nu.1. deleantur illa verba. Vel fidem eius non deſerentibus.

Cap.4.ad marg.ante literam.B.deleatur illud: De caſta generatione fidelium.

Eod.cap.nu.4.deleantur illa verba. Securitate donarit.

Iſaias.

Cap.2.ad marg.ante literam.B.deleatur illud. Eccleſia non contendit.

Cap.3.ad marg. lite. C. deleantur illa verba. Auaritia ſacerdotum, & Principum.

Cap.6.num.18.deleatur illud: Præmiſit autem alia: qui a ſcriptura ſacra nullam habet rationem ordinis.

Cap.8.ad marginem, litera.C.deleatur illud: Fiducia in Deo, non in humano auxilio.

Eod.cap.ad marg.litera.D.deleantur illa verba: Verbum Dei interrogandum, quod ſequamur.

Cap.10.ad marg.litera.E.deleatur illud: Iudęi poſt percuſſum Aſſyrium ſoli Deo confidentes.

Cap.25.ad marginem litera. C. deleantur illa verba: Fideles, impijs Iudæis mulctatis, quamuis inuoluti ſint multis malis, ſeruabuntur per Chriſtum.

Cap.26.num.2.deleantur illa verba. q.d. Qui ſunt in eccleſia immunes ſunt ab omni periculo.

Eod. cap. num.16. vbi legitur: Tunc dant operam iuſti-

tiæ, & reſipiſcentiæ, *dicatur*: Tunc dant operam iuſtitiæ, & pœnitentiæ.

*Eod.cap.nu.*17.*vbi legitur:* Reſipiſcere, *legendum eſt*: Pœnitere.

Eod.c.ad marg. litera.C.deleantur illa verba. Pax fidelibus.

*Cap.*28.*ad marg. litera. D. deleantur illa verba*: Chriſtus credentibus ſalus.

*Cap.*30.*ad marg. ante literam.*B.*deleantur illa verba.* In Iudæos, qui ſpretis Dei conſilijs ſuæ prudentiæ innitebantur, in creaturis ſpem habentes, contra Sennacherib.

*Cap.*35.*ad marg. ante literã. B. deleatur illud:* Lætitia, & cõſolatio promittitur credentibus in Chriſtum.

*Cap.*43.*ad marg. litera. B. deleantur illa verba:* Et idôla vana, ideoque ſibi ſoli fidendum.

Eod.cap.ad marg. litera. D. deleatur illud: Nulla in nobis iuſtitia.

*Cap.*51.*ad marg. litera.C.deleantur illa verba:* Aufert timorem humanum à fidelibus.

*Cap.*53.*ad mar. litera.D.delea.illud:* Iuſtitia noſtra chriſtus.

Eod cap. num. 16. *deleatur tota annotatio, cuius initium eſt:* Sæculum eius.

*Cap.*56.*nu.*23.*vbi legitur.* Epiſcoporum vox, & Doctorum, *dicatur:* Aliquorũ malorum epiſcoporum vox, & doctorum.

Eod.cap.ad marg.litera.D.deleatur illud: Inuehitur in epiſcoporum impietatem.

*Cap.*58.*ad marg. litera. B. deleatur illud:* Inſtigat prædicatores, vt liberè hypocriſin humanorum operum redarguant: murmurant hypocritæ: ieiunium impiorum, &

rum, & ieiunium Dei.

Cap.59.ad mar.litera.C.deleantur illa verba: Cõfeſſio peccatorũ. Mundo impietatibus abundanti, memor miſericordiæ ſuæ, Deus parcit.

Cap.63.nu.5.deleatur illud: Ego ſum is, qui nuper prędicabam, cum viuerem in mũdo, iuſtitiam, & eam quidem quæ eſt per fidem in me.

Eod.cap.nu.29 deleatur illud: Subaudi, neque eas oſtendis vt nos liberes.

Cap.64.ad marg. litera.B.delea.illud: Omnes peccatores.

Cap.66.ad marg.ante literam.B.deleatur illud: Non in manufactis templis habitat Deus, ſacrificia reijcit, quę abſque miſericordia & fide.

Eod.cap.nu.49.deleantur illa verba: In ſacerdotes, ideſt, qui ſe ipſos offerent mihi: vt olim apud Iſraëlitas, ſacerdotes & leuitæ oblationes offerebant.

Eod.cap.nu. 54. ad finem deleatur illud: Templi hîc nulla fit mentio: quòd tempore Chriſti loca omnia futura erant orationi opportuna.

Hieremias.

Cap.7.ad marg.ante literam.B.deleantur illa verba: Iubetur Hieremias annunciare populo verbum Domini, confidenti in externo templi cultu, nihil iuuante.

Cap.8.ad marg.litera.B.deleatur illud: Inuitat eum Dominus ad reſipiſcentiam, peccata eius enumerans.

Cap.26.ad marg.ante literam.B.vbi legitur: Ad reſipiſcentiam, *dicatur*, ad pœnitentiam.

Cap.31.ad marg.litera.F.deleatur illud: Omnes in peccato morientur.

Eod. cap.nu. 63. in fine deleatur illud: Fœdus nouum, &c. *vſque*

vſque ad finem annotationis.

*Cap.51.n.14.deleatur illud:*Contra ſua ſententia,nos tanquam iuſtos abſoluet: opere externo comprobabit fiduciam,quam in eo habemus,hoc eſt reſtituendo nos in liberalitatem priſtinam,*&c. vſque ad finem totius annotationis.*

Baruch.

*Cap.2.ad marg.litera.B.deleatur illud.*Chriſtianorum cõfeſſio.

Ezechiel.

Cap.1.num.21.deleantur illa verba : Oportet enim opera fidem:*&c.vſque ad fin.annotationis.*

*Eod.c.nu.46.deleatur illud:*Oculi,prudentia,*&c.vſque ad illa verba:*Quarre vbique animaduerſione opus eſt.

Cap.14.ad marginem ante literam B. deleatur illud: Contemptores verbi ſui decipit interdum Dominus per pſeudoprophetas.

*Eod.cap. ad marginem litera D. deleatur illud:*Iuſti non liberabunt impios à malis immiſſis:ſed ipſi iuſti tantùm propter iuſtitiam ſuam liberabuntur.

Cap.18.ad marg.litera E.deleatur illud: Reſipiſcenti ſalus promittitur.

Cap.20.num.28.deleatur illud : Qui ſabbathum obſeruat ſanctificat.

Eod.cap.num. 31. vbi legitur : Quas Dominus per gentes impo ſuit,*dicatur*,Quas Dominus per gentes imponi permiſit.

Cap.33.ad marg.ante literã B.deleatur illud: Admonet ſuos vt vatibus credant,docẽs interim quod ſit officium

epiſcopi,

Digitized by Google

epiſcopi, & ſubditi: cũ exhortatione ad reſipiſcentiã.

Eod. cap. ad marg. litera. C. deleantur illa verba: Vt iuſto, ſi ad peccandum ſe addixerit, nihil proſunt priores iuſtitiæ: ita impio reſipiſcenti non imputantur anteacta peccata.

Daniel.

Cap. 3. ad marg. litera. C. deleantur illa verba: Fide in Deũ liberantur Sidrach, Miſach, & Abdenago, ab igne.

Cap. 4. num. 40. vbi legitur: Quæ hominem iuſtum produnt, *dicatur:* Quæ hominem iuſtum probant.

Cap. 6. ad marg. litera F. deleatur illud: Eius liberatio, quæ fide in Deum tribuitur.

Cap. 9. ad marg. ante literam. B. deleatur illud: Vera confeſſio.

Oſeas.

Cap. 2. num. 1. deleantur illa verba: Inuitat Synagogam ad reſipiſcentiam.

Eod. cap. nu. 45. deleatur illud: Vel per iuſtitiam, ideſt, per fidem, qua iuſtificantur homines.

Eod. cap. nu. 47. deleatur illud: Vel per fidem, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Cap. 9. nu. 2. deleantur illa verba, Fidendo alij, quàm ipſi.

Habacuc.

Cap. 2. num. 13. deleatur illud, Et ita viuet pereunte eo, *&c. vſque ad finem annotat.*

Zacharias.

Cap. 7. ad marg. litera. B. deleã. illa verb. Reſpondet Dñs per Zachariam, ieiunia, abſque operibus miſericordiæ, nihil eſſe.

Cap. 14.

Cap. 14. *ad marg. litera. D. vbi legitur*, Omnia ſancta in eccleſia Dei, *deleatur verbum*, omnia.

Eod. cap. & litera, vbi legitur, Impij ex eccleſia pellendi, *deleatur verbum*, Impij.

Malachias.

Cap. 1. *nu.* 48. *deleantur illa verba:* Ideſt optimæ preces, & animæ fidelium.

In annotationes diffuſiores in priores 70. Pſalmos.

Pſa. 3. *nu.* 16. *deleatur illud:* Tu Deus populũ tuum, ideſt tibi fidentem, ſeruare, tutari, liberare ſoles, & bonis cumulare.

Pſa. 4. *nu.* 12, *deleatur verbum*, reſipiſcentiam, *& dicatur*, pœnitentiam.

Eod. pſa. num. 15. *deleatur illud*, Habeo, inquit, aduerſarios multos, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Pſa. 14. *nu.* 1. *deleatur illud*, Hic pſalmus ingenium, *&c. vſque ad finem annot.*

Eod. pſa. nu. 12. *deleatur illud*, Salus pro auxilio in libris ſacris.

Pſa. 16. *in ipſo textu nouæ editionis, nu.* 20. *cuius initium eſt*, Neque enim deſeres, *deleatur totus verſus. Item deleatur illud.* i. cadauer meũ, *&c. vſque ad finẽ annotationis.*

Eod. pſa. nu. 22. *deleantur illa verba*, Heb. videat corruptionem, *&c. vſque ad finem annot.*

Pſa. 32. *nu.* 2. *deleãtur illa verba.* cuius peccatum diſſimulatur. i. ad cuius peccatum conniuet Dominus.

Eod. pſa. nu. 3. *deleantur illa verba*, Cui non ſolet imputare, *&c. vſque ad finem annotat.*

Eod. pſa. nu. 5. *deleatur illud*, Ideſt, cùm vellem reticere

peccatum

peccatum meum, *&c. vſque ad illud*, fidere in bonitate Dei.

Eod.pſal.nu. 8. *deleantur illa verba*, Qua docemur, quomodo peccatum, *&c. vſque ad illa verba*, Gratiam, & beneuolentiam.

Pſal.36.nu.15.deleatur illud: Veritas, & ſyncera doctrina, Deo ſolo docente cognoſcitur.

Pſal.27.nu.35.deleatur illud: Per iuſtum intellige fidentē Domino, & eum qui implorat auxilium eius.

Pſal. 47.nu.15.deleatur illud: Deus ſolus poteſt homines iuuare.

Pſal. 49. nu.9.deleatur illud, Si ab alio pendeant, quàm à ſolo Deo.

Pſal.50.nu.1.deleatur illud: Quo tempore nulla ſacrificia, ſed ſuæ bonitatis tantùm prædicationem requiret.

Pſa. 51. nu. 1. deleatur illud, In hoc pſalmo precatio eſt, peccata ſua, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Eod.pſa.nu.13.deleatur illud: Concupiſcentia enim, radix omnium peccatorum, me invaſit cum conciperer.

Pſal.62.nu.3.deleantur illa verba: Per ſalutem, diuinam opem intelligit: ideſt, ab eo ſeruor in periculis.

Eod.pſa.nu.7.vbi legitur, Qui à ſolo Deo pendeat, *deleatur verbum*, ſolo.

Eod.pſa.nu.22.deleatur illud, Nam præſidia humana, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Pſal.65.nu.4.deleantur illa verba: Ante Chriſtum orationes noſtræ non exaudiebantur.

Pſal.67.num. 8. deleantur illa verba: Non pro ſceleribus noſtris.

Ex Indice

Digitized by Google

Index

Ex Indice horum Bibliorum, in libros Veteris & Noui teſtamenti, deleantur ſubiectæ propoſitiones, tanquam ſuſpectæ.

Ciuitas abducta à fiducia in Deum comburenda, & ciues occidendi.

Credendo in Chriſtum remittuntur peccata.

Credens Chriſto non morietur in æternum.

Dierum delectus nullus apud fideles.

Diues vix cognoſcit Euangelium.

Fide accipitur Spiritus ſanctus.

Fide purificantur corda.

De Iudæis ſunt ferè omnia, quę in Euãgelijs, & Epiſtolis, ſcripta leguntur.

Imagines prohibet Deus fieri vt adoremus, & coram eis incuruemur.

Propter iuſtitiam cordis nihil tribuit Deus.

Iuſtitia in nobis nulla.

Iuſtificamur fide in Chriſtum.

Iuſtitia noſtra Chriſtus.

Iuſtitia ex operibus nulla.

Iuſtus coram Deo nemo.

In requiem ingreſſuri credentes.

Non propter opera liberati ſumus.

Reſipiſcere omnes deſiderat Deus.

Reſipiſcentia donum Dei.

Reſipiſcentia Iſraelis.

Verbum Dei ſolum faciendum.

Vxorem habeat vnuſquiſque.

In pleriſque Biblijs circunfertur hic ipſe index Bibliorum Vatabli, nihilo mutatus: In ijs hac ipſa cẽſura poterit caſtigari

Scholia om-

Digitized by Google

Scholia omnia, & Annotationes in nouum Teſtamentum, quæ eidem Vatablo adſcribuntur, omnino tollantur.

BIBLIA
Altera.

Ex Biblijs impreſſis Lugduni apud Ioannem Tornæſium, anno. 1567.

In princip. fol. 2. deleatur tota ſumma totius ſacræ Scripturæ, quæ incipit, Docent nos libri.

Circa finem, expungatur totus Index rerum, & ſententiarum, eorum, quæ in nouo, & veteri Teſtamento continentur, cuius initiũ eſt, Aaronis acta leguntur, *Aut certè deleãtur hæ propoſitiones, quas in Indice Bibliorum Roberti Stephani, cũ annotationibus Vatabli, delendas eſſe iudicavimus.*

BIBLIA
Santis Pagnini.

Ex Biblijs Santis Pagnini in fol. Lugduni apud Hugonem à Porta, anno. 1542.

Numeri.

Cap. 24. litera. C. deleatur gloſſa, quæ ait, Sceptrum, ſcilicet, Dauidicum.

Pſalmorum liber.

Pſa. 21. litera. C. deleatur gloſſ. quæ incipit, Fugiente Dauide, *vſque ad illa verba,* & verum Chriſti myſterium.

P*ſa. 39. litera. D. deleatur gloſſ. quæ incipit,* Scilicet, ad auſcultandum, *vſque ad,* Dauid ſacrificia.

Pſal. 44. litera. D. deleatur gloſſ. quæ incipit, Solium Salo-

monis,

Digitized by Google

monis, *vſque ad*, in ſolò Chriſto.
Eod. pſal. litera. E. deleatur gloſſ. Scilicet Pharaonis, cuius filiam duxit Salomon.
Pſa. 67. litera. C. deleatur gloſ. quæ incipit, Ideſt, ad ſummitatem arcis Sion, *&c. vſque ad*, Iebuſæos.
Pſa. 68. litera. D. deleatur gloſſ. quæ incipit. Hæc ad literam fecit Nabal, *vſque ad*, Prophetiæ Apoc. 10.
Pſal. 71. litera. D. deleatur gloſſa, quæ incipit, Hyperbole de Salomone, *&c. vſque ad*, Apocalyp. 19.
Pſa. 109. litera. C. deleatur gloſ. Scilicet Salomone, *&c. vſque ad*, Sacerdotem aliquando egit.

Cantica canticorum.

Cap. 6. litera. C. deleatur gloſſ. quæ incipit, Hæc erat filia, *&c. vſque ad*, dilecta.

Iſaias.

Cap. 2. deleatur capitis ſummarium, quod incip. Aduentum Ezechiæ, *vſque ad*, perditis ſine gladio Aſſyrijs.
Item gloſ. litera. C. Scilicet de Rege Aſſur.
Cap. 4. litera. F. deleatur gloſ. Ezechiæ ſemper typo in Chriſtum fertur Propheta.
Cap. 7. litera. D. deleatur gloſ. quæ incipit, Oſtẽdit, *vſque ad*, Reges hoſtes Iudææ, vt. 4. Reg.
Cap. 8 litera. A. deleatur gloſ. quæ incipit, Scilicet Abiam, *vſque ad* 4. Reg. 18.
Cap. 9. deleatur ipſius capitis ſummarium, quod ait: Prophetat Chriſti natiuitatẽ, eiuſq; imperiũ, typo Ezechiæ.
Cap. 11. litera. E. deleatur gloſſ. quæ incipit, Sola oratione vicit, *vſque ad*, interficiet Antichriſtum, vt. 2. Theſ. 2.
Cap. 16. litera. H, deleatur gloſ. quæ ait, Ideſt agnos. *vſque ad* filiæ

Digitized by Google

filiæ Sion:vide.4.Reg.

Cap.19. *litera*.C.*deleatur gloſ.quæ incipit*,Ezechiam, nam *vſque ad*,ſublimiùs ſpectant.

Cap.30.*litera*.B.*deleatur glóſ.dicens*,Ezechiam.

Cap.32.*litera*.A.*deleatur gloſ.dicens*.Ezechias.

Cap.35.*litera*.C.*deleatur gloſ.quæ incipit*,Plurimum,*vſque ad*,ab Aſſyrijs liberatio.

Cap.40. *litera*. E. *deleatur glo.quæ incipit*,Ad Cyri Regis, *vſque ad*,vide Hieremiæ.*Et litera*.F.*gloſ*.Hoc ad literam de Cyro.

Cap.42. *litera*.E.*ex gloſſ.quæ incipit*,Sublimitas, *deleatur ab illis verbis*, Vnde & Cyro, *vſque ad illa*, veritatis obumbratio.

Cap.43.*litera*.C.*deleatur glo*.Scilicet Cyrus, *vſque ad*, ita diſpoſitum.

Cap.45. *litera*.C.*glo.quæ ait*,Scilicet Cyrum,*deleatur*.

Cap.48. *litera*.B.*deleatur gloſ.dicens*,Scilicet Cyrum.

Et litera.C.*gloſ.quæ incip*.ideſt,clarè vobis,*vſque ad*,futura prædicem.

Cap 49.*litera*.F.*deleatur gloſſa, quæ incipit*, Conſolatur Deus,*vſque ad*,fides adhiberetur.

Cap.50.*deleatur capitis ſummarium,quod incipit*, De Iudęorum improbatione.

Cap.51. *litera*.A.*deleatur gloſſa, dicens*, Lex per Cyrum, *vſque ad*,noua Hieruſalem.

Cap.52. *litera*.B.*deleatur gloſſ.dicens*,Cyrus.*Et litera*.C.*gl. quæ incipit*,Ita deformatus,*vſque ad*,aſpectus eius.

Cap.53. *litera*.D.*deleatur gloſſ. quæ dicit*, Incredibilis res,

C *vſque ad*,

Digitized by Google

vſque ad, arcana ſublimia. *Et litera. C. gloß. quæ ait*, Quaſi exigentibus, *vſque ad*, iam inchoata.

Cap. 60. litera. B. deleatur gloſſ. quæ incipit, Hæc omnia, *vſque ad*, multa dicantur.

Cap. 63. litera. C. deleatur gloſ. quæ ait, Migrare faciens, *vſque ad*, intulit cladem.

Hieremias.

Cap. 23. litera. A. deleatur gloſ. quæ incipit, De germine, *vſque ad*, vide apud Zachar.

Daniel.

Cap. 10. litera. A. deleatur tota gloſ. quæ incipit, Ab egreſſu, *vſque ad*, orbis Iudaici.

Oſee.

Cap. 2. litera. F. deleat. glo. dicens, Scilicet Ezechiam.

Cap. 6. litera. B. deleatur glo. quæ incipit, Poſt vnum, *vſque ad*, oratione liberati.

Ioel.

Cap. 3. litera. A. deleatur, glo. quæ incipit, Perditio Aſſyriorum, *vſque ad*, & prodigia, vt Acto. *Et litera B. gloſſ. dicens*, magna populi anguſtia, *vſque ad*, Aſſyriacæ perditionis.

Et litera. F. gloſ. incipiens, In valle, *vſque ad*, interfecti.

Michæas.

Cap. 4. & 5. deleantur omnes gloſſæ.

Zacharias.

Cap. 3. litera. F. deleatur glo. incip. Ecce ego, *vſque ad*, germen in

Digitized by Google

men in ſe continet.

Cap.9.litera.H.deleatur gloß.quæ dicit, In humili, *vſque ad*, germen. *Et litera.I.gloſſ.quæ ait*, ideſt, ſanguine, *vſque ad*, effudiſti.

Cap.11.in princip.deleatur gloſſ.quæ incipit: Exponi ſolet. *Deleantur & cæteræ gloſſæ eiuſd.cap.*

BIBLIOTHECA Sanctorum Patrum.

Ex Bibliotheca ſanctorum patrum, collecta per Margarinum de la Bigne Theologum Pariſienſem.

Tomo.1.

In lib D.Gregorij Neocæſarien. *in Eccleſiaſten.c. 9.col.* 88.*deleatur gloſſa marg.quæ ait*: Sed verè ſentiunt qui ſublatas volunt preces pro defunctis.

Ex libris Antonij Abbatis, *qui inſcribuntur Meliſſæ, ſiue ſermones, & ementito tit. adſcribuntur Antonio Magno, Sermone.1.col. 116.circa fin.in illis verbis*, Eam verò ſolummodò naturam, quæ increata eſt, colere, & venerari didicimus, *deleatur dictio*, ſolummodo.

Serm.2.col.119.deleantur illa verba, præſertim cùm nulla ſit regeneratio, vel reformatio neque aliqua antiquę conditionis reſtitutio.

Serm.3.col. 121. deleatur totus verſic. Deus non omnium, *vſque ad*, coniuncti ſunt.

Serm.5.col.123.deleatur, Illi nimirùm, qui nulla incurabilia patrauiſſent facinora.

Serm.16. colum.136.deleatur ab illis verbis, Et pollicere in-

Digitized by Google

re innouationem vitæ , *vſque ad*, Deus requiſiturus ſit.

Serm.17.col.139.deleatur,ſic ille qui ſecum , *vſque ad* , indubiè perueniet.

Ead.col.in fine, *deleatur ab illis verbis* , Vera pœnitentia eſt,*vſque ad*,ſe morte dignum iudicauerit.

Col.140.in illis verbis , Pœnitentiæ opus in tribus hiſce virtutibus abſolui iudico,*deleatur verbum*,abſolui,*&* *ponatur*,adquiri.

Sermo. 19. col.141. deleatur totus verſic. Qui intricati peccatis,*vſque ad*,ipſorum memoriam excitantes.

Serm.26.col.149.deleatur ab illis verbis, Deus non omniũ Deus eſt,*vſque ad*,conciliauerit.

Sermo.27.columna.151.deleatur: & peccatori ne ſuccurras.

Serm.30.col.157.ibi,Et iurem per nomen Dei mei , *legatur*,Et periurem nomen Dei mei.

Serm.39.col.171.deleatur Ingurgitationis occaſio.

Serm.50.colum.180.deleatur: quantum Deus ab hominibus.

Serm.55.ad fin. colum. 185. verſic. Unumquenque , deleatur, Non colitur ab homine malo.

Serm.58.col.188.in principio,deleatur verſic. Qui exeundi tempore,*vſque ad*,patrona & adiutrix.

Lib.2.ſerm.1.columna.204.in illis verbis, Eſt autem in Dei manu non quiuis,ſed,*deleatur*,non quiuis,ſed.

Col. 207. verſic. Rex meminiſſe , in illis verbis , poteſtatem cum Deo parem accepiſſe, *legatur* , poteſtatem à Deo accepiſſe.

*Col.208.deleantur illa verba:*Non enim habet in terris ſe

quic-

Digitized by Google

quam excelſius.

Serm.3.col.209.deleant. illa verba: prudentia, & vita, & pietas ſacerdotem efficit.

Serm. 45. columna. 252. deleantur illa verba: Vt ſui cauſa quis ſolicitus ſit, & opus faciat, interdictum eſt omnino.

Serm.53.col.257.in illis verb. Non enim vbi ira fuerit, *legatur*, vbi ira furit.

Sermo.64. col. 266. deleatur verſic. vltimus, Fruſtra iurantem, *&c. vſque in fin. ſermonis.*

Serm.72.col.273.deleantur illa verba: Non poteſt animus iniquus iuſtificari.

Serm.77.in fine, col.282. deleatur vlt. verſic. incipiens, Difficilè eſt, vel potiùs, *&c.*

Serm.93.in fi.col.295.deleatur ab illis verbis, Intelligere debemus, *vſque ad*, in regnum cælorum ingredi.

Tomo. 2.

Ex tractatu de tranſitu Beatæ Mariæ, qui falsò adſcribitur, D. Melitoni. cap. 6. deleantur illa verba, In ſolatium ferendum anguſtijs, quæ ſuperuenturæ ſunt mihi. *Deleatur etiam à capite. 8. vſque in finem tractatus.*

Tomo. 3.

Ex lib. 2. Hermetis, columna, 16. poſt principium, deleatur Rectè audiſti. *Et paulò poſt*, Qui enim crediderunt, aut credituri ſunt, pœnitentiam peccatorum non ha-

bent: ſed remiſſionem.

Ad medium eiuſdem columnæ, deleatur ab illis verbis, Et ideò dico tibi, quod poſt vocationem illam, *vſque ad,* viuet Deo.

Lib. S. Marci Eremitæ, deleatur ex gloſ. marginali col. 95. quidquid dicat autor, *Et ſtatim deleatur,* quidquid hîc, & alibi dicat autor.

In lib. B. Dorothei. c. 9. deleatur ex margine, col. 202 in initio gloſ. quæ ait, Mendacium licitum, *& ſcribatur,* Numquam licet mentiri.

Tomo. 4.

Columna. 103. expungatur liber, cui titulus eſt, Extremum lugentium officium, ex libro precationum Hebraicarum, qui inſcribitur Mahzir ſanctæ ſynagogæ Romanæ, *cuius initium eſt,* Benedictus dominus Deus noſter, Rex ſeculi, *& finit,* & poſt eum ſemen ipſius.

Ex lib. Nicolai Cabaſilæ, qui inſcribitur, Compendioſa interpretatio in diuinum ſacrificium, *deleantur cap. 29.* & 30.

In lib. VValafridi Strabonis de rebus eccleſiaſt. c. 21. ſcribatur in marg. Loquitur iuxta conſuetudinem ſui temporis.

Item deleatur Marci Archiepiſcopi Epheſini tractatus quod non ſolùm à voce dominicorum verborum ſanctificētur diuina dona: verùm à cōſequenti oratione & benedictione, *&c. cuius initium eſt,* Nos, qui à ſacris apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus.

Tomo. 6.

Col. 125. ad medium, deleatur gloſ. marg. quæ ait, Qui mandat a non

Digitized by Google

dat a non ſervat non rectè credit.

In quæſtionibus Anaſtaſij, quæſt.87. col. 230. deleatur gloſ. marginalis, quæ ait, Latro ingreſſus eſt paradiſum ſententia, non experientia: *& ſcribatur in eadem margine,* Hæc intelligenda ſunt de gloria corporis: quam adhuc beatorum animæ expectant.

Col. 240. deleatur gloſ. quæ ait, Sola Trinitas eſt propriè incorporea: *Et alia quæ ait,* Angeli non ſunt omninò incorporei.

Col. 241. ante medium, deleantur illa verba, Mali ergo viri precatio, *vſque ad,* eſt diaboli inuocatio.

Col. 243. deleatur gloſ. marg. quæ ait, Mentem immundam non iuuat ſpiritualis oratio.

Colum. 246. deleatur gloſſa marginalis, quæ incip. Oratio ſanctorum, *&c.*

Tomo. 8.

Ex opuſculis Nicolai de Clamengÿs, col. 582. deleatur, Diſputatio prima eiuſdem Nicolai, habita per ſcriptũ ſuper materiam concilij, *&c. cuius initium eſt,* Ob eã rem dixi, *vſque in finem, ibi,* Catholiceq; ſynceritati. Vale: apud Fontem.

Item in Collatione ſuper eadem materia ad eundem ſcholaſticũ, *col. 588. ante mediũ, deleat. ab illis verb.* Per te igitur (niſi moleſtum eſt) informari cupio, *vſque in fin. eiuſd. collationis ad principium columnæ. 599.* aut ad lineam rectitudinis lima exactiori emendare.

Deleatur etiam eiuſdem Nicolai libellus, qui inſcribitur, De præſulibus ſimoniacis, *cuius initium eſt,* Multa mihi in præſulibus noſtris.

Non eſt hic ille Nicolaus Clemangis, cuius omnia opera prohibentur in

hibentur in Catalogo.

In quibuſdam alijs huius Bibliothecæ ſanctæ opuſculis reperiuntur nonnulla, quæ quo tempore ſcripta fuerunt nondum erãt ab eccleſia declarata: ea vbi lector repererit, cautè legat.

CAROLUS Molinæus.

Ex Caroli Molinęi ſcriptis quędam ſine expurgatione legi poſſunt: velut.

Prima pars commentariorum ad conſuetudines Pariſien. impreſ. Pariſ. per Pócettũ le Preux, anno. 1559.

Extricatio labyrinthi, De eo quod intereſt, impreſ. Lugdu. apud Anton. Vincent. 1555.

Quinque lectiones Dolanæ, impreſſ. Lugdu. 1557.

Nouus intellectus quinque legum, impreſ. Lugdu. apud Ant. Vincent. 1560.

Nouus & analyticus intellectus quatuor legum, impreſ. Lugdu. 1564.

Duo tractatus analytici: *Prior*, de donationibus factis, vel confirmatis in contractu matrimonij, *Poſterior*, de inofficioſis teſtamentis, donationibus, & dotibus, impreſſ. Lugdu. apud Ant. Vincẽt 1551.

Duo conſilia analytica in cauſa Illuſtriſſimi. D. Martini ab Aragonia, Ducis Villæhermoſæ, impreſ. Lugduni, apud Claudium Sennetonium, anno 1560.

Reliqua ex his, quę permittuntur, ita expurgentur.

Ex ſecunda parte Commentariorum ad conſuetud. Pariſienſ. in impreſ. Pariſ. apud Poncettum le Preux,

anno.1558.

In §. 63. fo.176. pag.1. lin. fin. ſub. num.17. in princip. ab illis verbis, Atqui nunquàm exiſtimaſſem, *&c. vſque in finem libri, expungantur omnia.*

Ex noua & analytica explicatione rubr. &. l.1.&. 2. ff. de verb. oblig. impreſſ. Lugdu. per Claud. Sennetonium anno.1562. *expungantur ſequentia.*

Tollatur primùm tota epiſtola dedicatoria.

In.l.1. §.ſi quis ita. *Pag.* 115. *ſub. numero.* 103. *ab illis verb.* Ex quibus liquet, *vſque ad illa*, diuine iuris fundatur, *deleatur.*

Ex Extricatione labyrinthi diuidui & indiuidui, in impreſſ. Lugdun. per eund. Claud. Senneton. eod. anno.1562.

Tollatur tota epiſtolà dedicatoria.

*Pag.*118. *ſub num.*67. *lin.* 10. *ab illis verbis*, Proinde ratio illa, *vſque ad illa*, Actuum. 4. *deleatur.*

*Pag.*349. *lin.*31. *ſub nu.*534. *ab illis verb.* Nondum enim iuriſdictio, *vſque ad illa*, ex fide hiſtoriæ ſcripſi, *delea.*

*Pag.*656. *lin.*36. *ſub nu.*627. *ab illis verbis*, Nulla enim ſanitas, *vſque in finem libri, deleatur totum.*

Ex Extricatione labyrinthi ſexdecim legum, impreſſ. Lugd. anno. 1564.

Tollatur. 2. *epiſtola nuncupatoria, quę incipit*, Cùm à viginti annis, *&c.*

Annota-

Index

Annotationis in Ius Canonicum.

Ex annotationibus eiuſdem Caroli Molinæi in Decretum Gratiani impreſſ. Lugd. anno. 1554.

In cap. De capitulis. 10. diſt in. in gloſſ. fin. pag. 22. *addit. in margine, incipiens,* Sed ſecundùm Archidiac. & Card. *&c. deleatur to.*

In ſuperſcriptione. c. Certum, eadem diſtinct. & pag. addit. in marg. incipiens, Scilicet Italiæ, licet Gotthus, *&c. deleatur tota.*

In. c. Eccleſiaſticarum. 11. *diſt. pag.* 23. *in ſuperſcriptio. addit. in marg. verbo,* Baſilij, Non extat inter opera Auguſt. *&c. deleatur tota.*

In cap. Sicut. 15. *diſt. in gloſ. Præſumat, pag.* 35. *add. in marg. verb.* Hæc vera Ioan. Gerſon, *&c. deleatur tota.*

In c. Sancta, ead. diſt. pag. 37. *addit. in marg. verb.* Paſtoris. Quamuis Papa pius, *&c. deleatur tota.*

In eod. cap. diſtinct. & pag. addit. in marg. verb. Pamphili, Non eſt dicendum, *&c.* ibi, qui tamen in ſuo chronico, *&c. deleantur hæc verba vſque in fin.*

In. c. Canones. 16. *diſt. pag.* 39. *addit. in marg. verb.* Dignoſcuntur, & meritò, cùm, *&c. deleatur tota.*

In. c. Quoniam, ead. diſt. pag. 40. *addit. in marg. verb.* Profeſſio, ideſt iuramentum. *&c. deleatur tota.*

In c. Synodum. 17. *diſt. pag.* 43. *add. in marg. verb.* Quanto magis, vide arg. *&c. deleatur tota.*

In cap. Concilia, eadem diſtin. pag. 45. *in gloſ. Iuſsione Domini, addit. in marg. pro ſummarg.* Papa à conſilijs, Imperator à po-

tor à populo,*&c.deleantur illa verba*, Papa à cócilijs.

*In.c. Si Romanorum.19.diſt.addit.in marg.verb.*Autoritate. O deploranda ſupinitas,*&c.deleatur tota.*

*In.c.Ita Dominus, ead.diſtinct. in glo. Et ſuper hanc petram pag.54.addit.in marg.verb.*Verba,ideſt,hanc confeſſionem,*&c.deleatur tota.*

In ead.glo.& pag.in.fin.addit.in marg.verb. Vnde quod dicit,ſuper hanc,*&c.deleatur tota.*

In eod.c.in gl.Nec portę inferi,ead.pag.addit. in marg. verb. Errare. ſ.quatenus verbum Dei,*&c.deleatur tota.*

In princ.20.diſt.in gloſ.Dedit, pag. 56.addit. in marg. verb. Vnam eſſe Ioan.Chryſoſt,tomo.7 *&c.deleat. tota.*

In princ.21.diſt.pag. 58. addit.in marg. verb. Exorcizandi falſum commentum,*&c.deleatur tota.*

*In eod.c.& pag.paulò inferiùs,add.in marg.verb.*Exorciſtę. immò diſcipuli Chriſti,*&c.deleatur tota.*

In eod.c.poſt med.pag.59.addit.in marg.pro ſummar. Subdiaconatus tempore apoſtolorum, *&c.deleatur tota.*

In.c.In nouo,ead.diſt.pag.61.addit.in marg. verbo, Primo. immò poſt reſurrectionem,*&c deleatur tota.*

In.c.1.diſt.22.pag. 65. addit. in marg. verb. Terreni. Hoc hæreticum,*&c.deleatur tota.*

In.c.2.ead.diſt.& pag.in ſuperſcript.addit. in marg.verb. Anacletus. Atqui in toto Paparum catalogo, *&c.quę additio proſequitur in pag.66.deleatur tota.*

*In.c.Conſtantinopolitanę,ead.diſt in pag.66. addit. in marg. verb.*Noua.Nota veram rationem,*&c.deleat.tota.*

In.c.1,in princip.23.diſt.pag.68.addit. in marg. verb. Nicolao.ſ.ſecun-

lao ſ.ſecundo,qui priùs,*&c.deleatur tota.*
Paulò inferiùs,it eod.cap. & pa.addit.in mar.verb. Noſtro & ſic,*&c.deleatur tota.*
*In eod.c.*1.*circa med.pa.*69.*addit.in mar. verb:* Henrici,ſ. quarti:quem,*&c. deleatur tota.*
Paulò poſt med.in eod.c. & pag. addit.in marg.verb. Tempeſtas, à data, *&c. deleatur tota.*
*In c.*3.*ead.diſt.in gloſ. Pro beneficijs , pa.* 71. *addit.in mar.* Hanc ſententiam,*&c.deleatur tota.*
In cap.Unum orarium. 25.*diſt.in gloſ.Quia facilè,pa.*83.*addit in mar.pro ſummar.*Confiteri laico,*&c.deleatur.*
*In eod.cap.et pag.addit.in mar.verb.*Apoſtoli,ait,*etc.deleatur tota.*
*In cap. De Syracuſanę.*28.*diſt.pag.*95. *addit. in marg.verb.* Cautionem. Vide vt de rebus mundi,*&c. delea.tota.*
*In cap. Omninò.*31.*diſt. ad fin.pag.* 103. *addit.in mar.verb:* Subſtentaretur ab eis,*&c.deleatur tota.*
In cap. Si qui. 32.*diſt.pa.* 104 *addit.in marg. verb.*Stipendijs,*deleatur tota.*
In c. Nullus ea. diſt. pag. 105. *add. in mar. verb.* Miſſam Cùm hæc decretalis,*&c.dele.to.*
*In.c. Ab exordio.*35.*diſt.pag.*117.*in gl.*1. *add. in marg.verb.* Pelles. Tàm inepta ſolut *&c.delea.to.*
*In.c.Legimus.*37.*diſt.pag.*122. *add. in marg. verb.* Correctus. Vetus eſt figment,*&c.delea.to.*
In.c. Omnes. 38. *diſt. in gl. Subſtantia pa.*127.*addi.in mar. verb.*Subſtantia.Immò verbum,*&c.delea.to.*
*In.c.*1.*in glo. Quis enim.* 40. *diſt. pag.* 130. *addit. in margi. verb.*

Digitized by Google

*verb.*De facto.Iſta fuit ſententia Lau.*&c.delea.to.*

*In.c.Si Papa,ead.diſt.pag.*131.*addi. in marg.verb.* Deuius, *delea.to.*

In.c.Non licet in glo.Seſcupla pag. 151. *add. in marg.ſigno.**. Vide Budęum in lib. de aſſe, *&c.ibi.* Et quę dixi in tract.contract.*&c.deleantur hæc verba vſque in finem.*

*In.c.Quoniam multi ead.diſt.pag.*152.*in gloſſ.*1.*addit.in mar. verb.* In ann Imo centeſima , *&c. ibi,*vt dixi in tract. vſur. *&c.delean.hæc verba vſque in fin.*

In.c.Bonorum. 47.*diſt.in final.verb.pag.* 153.*addi. in marg. verb.*A trulit in tertia par.*&c.delean. hæc verba :* Vnde ego huius cap.*&c.vſque in fin.*

In.c.Sicut ead.diſt.& pag.*addit.in marg. verb.* Sicut , Hoc caput reſtituit,*&c.delea. to.*

*In eo.c.pag.*154. *addi.in mar. verb.* Etiam. Hîc incipiunt, *&c.delea.to.*

*In cap.Si poſt.*50.*diſt.pag.*163. *addi. in marg. verb.* Achab quoque falſum exemplum,*&c.deleatur tota.*

*In cap.Et purgabit,ead.diſt.pag.*165. *addi. in marg. pro ſummario:*Mala omnia à ſac.*&c.deleatur.*

*In cap.De eo,ead.diſt.in gl.pag.*163. *add.in marg.ver.* Concilio,ideſt,ſine eccleſia,*&c.deleatur tota.*

In cap. Quis aut leges. 54. *diſt. pag.* 188.*addi.in margi.verb.* Principum. De quibus dixi in præfat. *&c. deleatur tota.*

*In cap.Pœnitentes.*55.*diſt.pag.*194. *addi. in marg.verb.*Pœnitentes,ideſt,quibus,*&c.deleatur tota.*

*In cap.Qui partem ead.diſt.& pag.in gloſ.*1. *addi in margi. verb.*Amputabit falſum eſt, *&c.deleatur , tota.*

In cap.

Digitized by Google

Index

*In cap.1.in fi.56.diſt.pag.*197.*addi.in marg.verb.* Damaſus. Hæc palea,*&c.deleatur tota additio.*

*In eo.c.& pag.addit.in marg.incip.*Cogitandum eſt:Nam hæc palea,*&c.deleatur tota hæc additio.*

In eo.c.& pag.add.in marg.incipiens. Omninò conficta, *deleatur.*

*In cap.Satis,ead. diſt. in gloſ.pagi.*198.*addi. in margi.incip.* Exemptus.Hæc ratio non valet,*&c.deleatur tota.*

In ea.gloſ.& pagi.addit.in marg.verb. Exemptus. Idem Alb.l.quiſquis,*&c.ibi.*Ego verò dico, *&c. deleantur hæc verba vſque in fin.*

*In cap.Cenomanenſem ead.diſt.pag.*200.*addi.in marg.verb.* Pontifices.Verba ſunt Grat.*&c.deleatur tota.*

*In.c.primo.*59.*diſt.pag.*201.*addi. in marg.ver.* Sacerdotiũ, ideſt epiſcopatum quia,*&c.deleatur tota.*

In cap.Si officia,ead diſt.& pag. addi.in marg.verb. Pontificis,ideſt cuiuſuis,*&c.deleatur tota.*

*In cap.Hoc ad nos,ead.diſt.in gl.pag.*202.*add.in marg.verb.* Simoniam dixi,*&c.deleatur tota.*

*In cap.Miramur.*61.*diſt.pag.*204.*addi.in marg.verb.*Capite.Hunc text.allegant,*&c.deleatur tota.*

In cap.Statuimus.ead.diſt in.pagi. 205.*addit.in margi.verb.* Neſcij.Lanificio forſan Sueuus,*&c.deleatur tota.*

In princ. 63.*diſt.pag.*210.*addi.in marg.verb.*Papa.ſ.tertius anno,*&c.deleatur tota.*

*In.c.Non licet ead.diſt.in glo.fi.pag.*213.*addi. in marg. verb.* Ibi natus immò,*&c.in fi.ibi,* iuſſitq; eum loco , *&c. deleatur vſque in fi.*

In eo. text. in fin. ea. pagin.addi.in mar. verb. Iuſtinianææ, *ibi.*Et

*ibi.*Et de ſuo nomine,*deleatur vſque in fi.*

In cap.Reatina.63.diſtin.inſuperſcript.pagi. 215. *additio. in margi.verb.*Quartus:quem malè infamant,*&c.deleatur tota.*

In.cap.Cum longè.63. diſt. pag. 218. *add.in marg.* Quidam Hiſpanus,*&c.infi.ibi.*Vide quæ dixi, *&c.deleatur.*

In cap.Cum Hadrianus.63.diſtin.in ſuperſcriptio.pagi. 220. *addit. in marg. verb.* Scribit. falſa ſuperſcriptio , *&c. deleatur annotatio tota.*

*In cap.Ego Lodouicus ead. diſt.pag.*221.*addi.in mar. verb.* Ludouicus.Huius capituli,*&c.delea.to.*

*In Palea eiuſd.cap. incipiente conſtitutio ead. pa. addit. in mar.verb.*Ottonis. Verè palea,*&c. & ſequitur in pa.* 222.*delea.to.*

In.*cap.pri.*64.*diſt.pa.*224.*add.in mar.ver.*OrdinariOlim hæc,*&c.delea.to.*

In *eod.c.*1.*& pa.addit.in marg.incip.*Imò,vt habet veritas, *&c.delea.to.*

In *eodem.cap.& pag. add.in mar.ver.* Confirmatio , *deleatur to.*

In *cap.ordinationes ead.diſt.et pag.addit.in marg.verb.*Apoſtolica,ideſt eorum,*&c.dele.to.*

In.*c.primo.*65.*diſt.pag.*229.*addit.in marg.verb.*Dicens.Eſt pars ſubdititiæ,*&c.deleatur to.*

In *cap.Presbyteri.*68. *diſt. pag.* 230. *addit. in margin. incip.* Aliàs Dei,*deleantur hæc duo verba vbi videtur reſpuere traditiones.*

*In cap.Eccleſiis,eadem diſt.in ſuperſcript. pag.*231. *addit. in mar.verb.*Legitur. Imò non legitur,*&c.delea.to.*

In eod.

In eodem cap. Eccleſijs, ead. pag. addit. in marg. verb. Vicis, *incipiens*, Et ſecund. Eraſmum, *&c. delea. to.*

In cap. pri 69. diſt. in glo. Manus impoſitione pag. 233. addit. in margin. incip. Hoc cap. non obſtat: quia, *&c. deleatur to.*

In cap. Neminem. diſt. pag. 234. addit. in margin. incip. Caue: quia text. ipſius concilij, *&c. deleatur to.*

In. c. Quoniam. 75. diſt. in fi. pag. 243. addit. in margi. verb. Certis, *deleatur tota.*

In. c. ſi duo. 79. diſt. in ſuperſcriptio. pag. 254. addi. in margi. verb: Papam: ſcilicet primum, qui, *&c. deleatur tot.*

In eo. c. & pag. addi. in marg. verb. Permittimus. Et ſic, *&c. deleatur tota.*

In eo. c. & pag. addi. in marg. verb. Iudicium. ideſt Imperatoris, *&c. deleatur tota.*

In. c. Si quis, ead. diſt. in ſuperſcriptio. pag. 255. addi. in marg. verb. Nicolaus. ſcilicet ſecundus, *&c. deleatur tota.*

In. c. Urbes. 80. diſt. pag. 256. addi. in marg. verb. Apoſtoli, *deleatur tota.*

In cap. In illis, ead. diſt. & pag. addi. in marg. verb. Patriarchas, *deleatur tota.*

In capit. Tantis. 81. diſt. in. in glo. Sociabitur, pagi. 258. addit. im margi. verb. Dic. Hæc verior: vide quæ, *&c. deleatur tota.*

In. c. Cum in præterito. 84. diſt. pag. 270. addit. in marg. pro ſummario: Sacerdotes olim pot. *&c. deleatur.*

In. c. Fornicari. 88. diſt. in Palea Eijciens, pag 284. addit. in marg. verb. Spirituales: ideſt, ibi ſoli, *&c. delea. tota.*

In Palea. Quoniã. 88. diſt. pag. 285. add. in marg. verb. Tuã: ideſt,

Digitized by Google

ideſt,*&c.in fi.ibi.*Hæc pulchra verba malè,*&c.deleatur vſque in fi.*

In.c.Presbyteri in fi. 95.*diſt.pa.*307.*addit.in margi.verb.* Titum, *deleatur tota.*

*In.c.Ecce ego ead.diſt.pag.*308.*add.in marg.verb.*Prędicent. Hierony.non vult.*&c.deleatur tota.*

*In princ.*96.*diſt.pag.*310.*addit. in marg. verb.* Simplicius. Sub cuius,*&c.deleatur tota.*

In.c.Bene quidem ead.diſt.in gl .Præter Romanum , pag. 312. *add.in marg.verb.*Dici poteſt,*deleatur tota.*

In.c.Ubi nam, ead. diſt.pag. 313 *add.in marg.incip.* Franc Duar.lib.1.*&c.deleatur tota.*

*In.c.Inſcripturis ead.diſt.pag.*314.*add.in mar.verb.* Scripturis.Falſum,niſi,*&c.deleatur tota.*

*In.c.Numquam,ead.diſt.in palea.*1.*pa.*316.*addi.in marg.verb.* Conſtantinus. Circa has paleas, *&c. vel*, Hæ paleæ ſunt,*&c.deleatur tota.*

In princ. 97.*diſt.pag.* 318. *addi. in marg. verb.* Oſtenditur. Immò non niſi Paparum,*&c.deleatur tota.*

*In.c.Uictor,ead.diſt.pag.*320.*addi.in marg.incip.*Suprà diſt. 79.c.ſi duo,*&c.ibi,* Vide quæ dixi in præfat.*&c.deleatur vſque in fi.*

In eod.c.& pag.add. in marg incip. Pro futura.Grat.verba, *&c.deleatur tota.*

*In.c.*1.*diſt.*99.*pag.*322. *add. in mar. incip.* Immò Apoſtoli nunquam nouerunt,*&c.deleatur tota.*

In.c.Primæ,ead.diſt.& pag.addit.in marg.verb. Sedis, ſcilicet cuiuſcunq;prouinciæ,*&c.deleatur tota.*

In.c.Nullus, ead.diſt.& pag.in ſuperſcrip.addit.in marg. verb. Pelagius,ſcilicet ſecundus qui ſeſe,*&c. deleatur tota.*

D *Ibidem*

Digitized by Google

Ibidem *ſuper verb. Epiſcopis. addit. in mar. incip.* Reprobando ſynodum Ioan. *&c. deleatur tota.*

In c. fi. 99. diſt. pa. 323. add. in mar. verb. Ecce text. Huius capitis, *&c. deleatur.*

In eod. c. & pa. add. in mar. verb. Papam. Conſule quæ de hoc latè, *&c. deleatur tota.*

In *c. Quoniam.* 100. *diſt. ead. pag. addit. in marg. verb.* Percipiunt, *deleatur tota.*

In c. vni. 101. *diſt. pag.* 327. *add. in marg. verb.* Sacrum text. concilij actione, *&c. deleatur tota.*

IN *princ.* 1. *q.* 1. *pag.* 330. *ſummarium in mar. dicens,* Res ſacrę poſunt vendi, *deleatur.*

Ibid. Summar. in marg. dicens: Pecunia pro ſpiritualibus, *&c. deleatur.*

In c. Iudices. 1. *q.* 1. *in gloſſ. Achiam, pa.* 339. *add. in marg. pro ſummar.* Presbyter pauper pro celebratione, *&c. deleatur tota.*

In c. Sacramenta. 1. *q.* 1. *pa.* 343. *add. in marg. pro ſummar.* Baptiſmus fictè accedenti dandus eſt, *deleatur.*

In c. Sacerdotes. 1. *q.* 1. *pa.* 361. *addit. in marg. verb.* Populis. Ergo etiam fœminis, & lai. in v. ſp. *&c. deleatur tota.*

In *c. Interrogo.* 1. *q.* 1. *pa.* 362. *addit. in mar. incip.* Adde ꝙ hoc verbum ſorores, *&c. deleatur tota.*

In c. Quod quidam. 1. *q.* 1. *pa.* 363. *addit. in marg. pro ſummar.* Hæreticus ligare & ſoluere poteſt, *deleatur.*

In c. Quicquid inuiſibilis. 1. *q.* 1 *pa.* 369. *addit. in mar.* Precium in coniugio, *&c. deleatur.*

In capit. Placuit. 1. *quæſt.* 1. *in gloſſ. Tremiſſem eadem pa. addi. in mar. verb.* Tremiſſe. Vide quæ dixi, *&c. deleatur tota.*

In cap

Digitized by Google

In cap. Emendari. 1. q. 1. in glo. Lauandi, pagi. 370. addi. in mar. verb. Ambroſij. *deleatur tota.*

In cap. Si quis obiecerit. 1. q. 3. pa. 385. add. in marg. incip. Idem, Hoſt. in ſum. *&c. ibi,* Sed Io. Gerſon tracta. *&c. deleatur vſque in fi.*

In c. Si quis prębendas. 1. q. 3. in glo. Et conſecrationes, pa. 390. *addit. in marg. pro ſummar.* Conſecratio altaris, *&c. deleatur tota.*

In c. fi. 1. q. 6. in glo. Vel importune, pa. 400, add. in marg. incip. Ideſt, vt in ordine laicorum, *&c. deleatur tota.*

In c. Si qui. 1. q. 7. eadem pa. addit. in marg. verb. Laicis, *deleatur tota.*

In cap. Si quis omnem. 1. q. 7. in glo. Peccauit. pag. 401. addit. in marg. verb. Infamiam. Hoc verum: quicquid *&c. deleatur tota.*

In c. Conuenientibus. 1. q. 7. pa. 403. addit. in marg. verb, Scriptura, *deleatur tota.*

In c. Requiritis. 1. q. 7. ad fi. pa. 404. addit. in mar. verb. Sit, *deleatur.*

In cap. Quoties. 1. quæſt. 7. in gloß. Et per te, pagi. 406. addit. in margi. verb. Teneri, *incip.* Hanc glo. dicit, *&c. ibi, ſed,* eam reprobat, *&c. deleatur. vſque in fi.*

In cap. Notum in fin. verb. 2. quæſt. 1. pa. 418. addi. in mar. verb. Conſtitutionũ, *incip.* Scilicet Caroli, *&c. deleatur to.*

In c. Prohibentur. 2. q. 1. in gloſ. ver. Paupertatem, *pa. 419. ad. im mar. pro ſummario:* Paupertas repellit à teſtimonio. *deleatur.*

In cap Multi. 2. q. 1. in glo. Seculari, pa. 421. addit. in mar. verb. Laico. idem Pan. *&c. ibi,* ſed fruſtrà de hoc, *deleatur vſque in fi.*

Digitized by Google

In cap.Sacramentum. 2. *q.* 4. *pagi.* 431. *addit. in margi. verb.* Sacerdotibus,*incip.* Ideſt epiſcopis & hoc. c. cum ſequen. *&c. deleatur tota.*

*In cap.Mandaſtis.*2.*quæſt.* 4.*in gloſſ.Potuiſſem,pagi.* 434. *addit. in marg. verb.* Concilio. gloſ. falſa & hæretica, *&c.deleatur tota.*

In.c. Monomachiam. 2. *q.*4.*in glo.*1.*pag.* 439. *addi.in marg. verb.* Inſtinctu. Non eſt,*&c. deleatur.*

In.*c.Sæpe.*2.*q.*4.*ead.pag.addit.in marg.verb.*Probationem, *quæ incip.*Concilium non ſolùm,*&c.deleatur.*

*In cap.Statuit.*2.*q.*4.*ead.pag.addi.in mar.verb.* Sancta,*incip.* Immò execranda,*vel,*Immò non faciēda, *&c.dele.tot.*

*In cap Præſul.*2.*q.*5.*in gloſſ.pa.*440.*add.in mar.pro ſummar. quæ ait,*Teſtes duo contra Papā ſufficiunt *deleatur tot.*

*Ibidem add.in mar.verb.*Duo,idem Pan.c.At ſi clerici,*&c. deleatur*

*In.c.Omnis.*2.*q.*6.*pag.*442.*add.in marg.verb.* Summorum. ideſt epiſcoporū, qui erat ſupremus,*&c.deleatur tot.*

*In.c.Ideo.*2.*q.*6.*pag.*443.*add.in marg.incip.* Ergo initio nō competebant,*&c.deleatur tota.*

In.*c.Anteriorum.*2.*queſt.*6.*in gl.Dierum,pag.*448.*addit. in mar.verb.*Credo.Dixi in conſuet.*&c.deleatur tota.*

In.*c.Laicos.*2.*q.*7.*pag.*462.*add.in marg. verb.* Remota, *deleatur tota.*

In.*c.Plerunque in fin.verb.*2.*q.*7.*pag.*469.*addi.in marg.incip.* Ideſt,opus vocationis,*&c.deleatur.*

In.*c.Qui nec regiminis.*2.*quæſt.*7.*pag.*471.*addit.in marg.verb.* Accuſatione.Immò de ipſo officio,*&c.deleatur tota.*

In.*c.Quanquam.*2.*q.*7. *in gloſſ.ead. pag. addit. in marg.verb.* Cardinalis.Immò quia,*&c.deleatur tota.*

In.c.Beati.2.q.7.in ſuperſcriptio.pag.472.add. in marg.verb. Ambroſius. In ſermone ſubditio, *&c.deleatur tota.*

In.c.Nos ſi incompetenter.2. quæſt. 7. pag. 474. add. in mar. incip. Hic Leo quartus vrbis Romæ, *&c.deleatur tota.*

In.*c.Si quis epiſcopus.2.q.7.in gloſſ.2.pa.* 478. *addit.in marg. verb.*Bono Gul. Occan.*&c.deleatur tota.*

*In.c.Admonendi.2.quæſt.7.pag.479.add.in mar.incip.*HOC c.noui Papę.*&c. deleatur tota.*

In.*c.Infames.3.q.7.in gloſſ.Non ad turpe,pagi.503. addit. in marg. verb.*Vile.Immò ad magnum, *&c.deleatur tota.*

In.*c.In grauibus.3.q.7.in glo.2.pag. 505.add. in mar.proſummar.*Orationes malorum nocent.*deleatur.*

In.*c.vlt.in fi.4.q.3.pag.522.add.in marg.verb.* Probatus eſt, *deleatur.*

In.*c.primo.5.q.3.in glo.vlt. ad fin.pag.529.addi.in marg. verb.* Credo. Idem Ioan. *&c. ibi,* Dixi in conſ. 2. in cauſa, *&c.deleatur vſque in fi.*

In.*c.Non omnis.5.q.5.pag.* 531. *addit.in marg.verb.* Acquieſcat. Infrà.xxiij.q.iiij.Nimium.Pan.*&c.ibi,*Dixi in tracta.*&c.deleatur vſque in fi.*

In.*c.Presbyteri 5.q.6.in gloſſ.1.pag.533.addit.in mar. verb.* Inſtruit.immò omnis.*etc.deleatur tota.*

In.*c.Beatus.6.q.1.pag.* 536. *addit. in mar. incip.* Atqui tempore Apoſtolorum,*deleatur tota.*

I*bidem, addit. in mar. incip.* Immò contrarium docebat, *etc.deleatur tota.*

In.*c.Quàm periculoſum.7.q.1.in glo.Primatus,pag.550.addit. in mar.verb.*Vendidit.Dicit.H. hoc eſſe falſum, quia, *etc.deleatur tota.*

In.*c.*In*ſcripturis.8.q.1.in gl. Fugientibus, pag.570.add. in*

Digitized by Google

marg.verb. Fœmina, quæ tamen virum, *etc. deleatur to.*

I*n.c. Nec ſufficere.8.quæſt.1.verb.vnica, pagi.* 575. *addit. in mar.incip.* Quorſum ergo, *etc. deleatur tota.*

In.c.Epiſcopi.9.q.2.verb.Primatus, pa.582.addi.in mar.incip. Hîc habes text. *etc. deleatur tota.*

In.c.Epiſcopo.9.q.3.in gloſſ.pag.585.addit.in marg. verb. Bedę vſque ibi, *etc. deleatur tota.*

In cap.Patet.9.q.3.in gloſſ.Innocentius, pagi. 586. addit.in marg.verb. Teſtem. & ſic non, *etc. deleatur tota.*

In.c.&pa.ead.addit.in mar.incip. Adhoc.8.quæſt.3.Talia, ſed, *&c. deleatur to.*

In cap. Aliorum.9.quæſt.3.ead.pag.add.in marg. verb. Vni, *incipiens:* Vide infrà.14. quæſt.1. Quodcunque Vbi, *&c. deleatur tota.*

In.c.Hoc ius porrectum.10.*q*.2. *in gloſſ.*1.*pág.* 592. *addit.in mar.verb.* Eccleſia cui veteres, *&c. deleatur tota.*

In.c.Inter cætera.10.*q*.3.*verb.Galliç, pagi.*598.*add.in mar.incip.* Omnes libri, quos, *&c. deleatur tota.*

In capit.Clericum.11.*quæſt.*1.*in gloſſ.*1.*pagi.*600.*add.in mar. verb.* Seruientibus Hoc falſum, *&c. deleatur tota.*

Ibidem, addit.in marg. verb. Vxores.tàmen ſel, *&c. deleatur tota.*

In.c. Quicunque.11. *quæſt.* 1.*pagi.*607. *addit. in mar. verb.* Habens, *deleatur.*

In.c.Abſit.11.*q*.3.*in glo.*1.*pa.*615. *addit. in mar. verb.* Benedicendi, hæc gloſ.*etc. deleatur to. additio.*

In.c Quando.11.*quæſt*.3.*pag.* 618. *add. in mar. incip.* Sic Amos.c.5.*&c.ibi,* quia tẽpus malũ eſt, *delean.hæc verb.*

In cap.Quomodo.11.*quæſt*.3.*in gloſ.Non alligat pa.* 622. *add. in mar. verb.* Deũ, ideſt, interiùs: ſed, *&c. deleatur tota.*

in Palea

Digitized by Google

*In Palea Ridiculum.11.quæſt.3.in ſuperſcript.pa.623.additio. in mar.verb.Matthæum,incip.*Imò eſt Origenes, *&c. deleatur tota.*

In ea.palea & pa.verbo Poteſtate,add.in marg. incip. Et meritò quia,*&c.deleatur.to.*

In cap.Cum apud.11.q.3.pag.627.add.in marg. incip. Imò à ſolo Ambroſio,*&c.deleatur tota.*

*In cap.Anteceſſor.11.q.3.pag.637. .add.in mar.incip.*Scilicet Franciæ Orientalis,*&c.deleatur.*

*In.c.Nolo 12.q. 1 .in ſuperſcriptio.pa.642.addit. in marg. incip.*Sermone. 4.ad fratres,*ibi,*ſed illi ſermones , *&c. delea.vſque in fi.*

In cap.Uidentes.12 q.1.pa.645. add. in marg. incip. Et ſic epiſcopi totum, *&c. deleatur tota.*

In cap.Certe.12.q.1.in ſuperſcriptio.ead.pag.add.in mar.incip. Scilicet de quo,*etc.deleatur tota.*

*In cap.Præcipimus.12.quæſt.1.verb.ſupra.pag. 647. addi. in mar.incip.*Scilicet cap Ex his. *&c.ibi.* Sed ſunt illi canones,*&c. deleatur.vſque in fi.*

In cap.Qui abſtulerit.12.quæſt.2.pa.650.addit.in marg.incip. Hunc text.extollit,*&c.deleatur tota.*

*In Cum deuotiſſimam.12.q.2.in ſuperſcriptio.verb.*Galliç,*ead. pag.addi.in mar.incip.*Epiſ.33.ſeu cap.77.lib. 4.*&c.ibi,* Sed vel illæ epiſtola ſunt coſictæ,*&c.delea. vſque in fi.*

*In c.Apoſtolicos.12.quæſt.2.in glo.*Conſtruxiſſe, *pag.* 652. *addit.in mar.verb.*Dicas hanc gloſ. *&c.ibi,* ſed falſum eſt,quia,*&c.deleatur.vſque in fi.*

In.c.Sacrorum. 12. q.2. in glo. pag.653.addit.in marg.verb. Quod videtur.idem Fel.*&c.ibi*, Sed falſum eſt, vt

dixi, *etc. deleatur vſqne in fi.*

In *cap. De viro, 12. q. 2. ead. pag. add. in mar. verb.* Vsũ, *deleat.*

In. c. Alienationes. 12. q. 2. in glo. Præbendam, *pa. 660. add. in, marg. verb.* Obligare. ita practicatur, *etc. deleatur to.*

In capit. Si qua de rebus. 12. quæſt. 2. in gloſ. Reſciſſo *ad fin. pa. 661. addit. in mar. ver.* Tenet. immò ipſo iure, *etc. deleatur tota.*

In *capit. Pontifices. 12. quæſt. 3. in gloſſa. 1. pagina. 672. addi. in marg. verb.* Alijs. Stulta glo. quia text. *&c. deleatur tota.*

In capi. Quicunque. 12 quæſt. 5. in glo. 2. pag. 675. add. in mar. verb. Cõdemnatur, ſcilicet per Innoc. 2. *&c. deleatur to.*

In *cap. Eccleſias. 13. quæſt. 1. pag. 677. add. in marg. incip.* Satis apparet reos, *&c. deleatur tota.*

In *cap. Placuit. 13. quæſt. 2. pag. 682. addi. in marg. incip.* Ad fratres in heremo, *&c. ibi,* Sed illi ſermones ſunt, *&c. deleatur vſque in fi.*

In *capit. In Eccleſiaſtico. 13. quæſtio. 2. in gloſ. 1. pagina 684. addi. in marg. in verbo* Eccleſiaſte. immò, *&c. ibi,* Vt dixi in tract. de vſur. *&c. delea. vſque in finem.*

In. *c. Pro obeuntibus. 13. q. 2. in ſuperſcriptio. verb.* Gregor. *pag. 686. ad. in mar. incip.* Nõ primus, ſed tertius, *deleatur to.*

In *cap. Tempus. 13. q. 2. in ſuperſcript. pag. 687. addi. in mar. verb.* Enchiridio, *deleatur tota.*

In eod. c. in fi. verb. ead. pag. addi. in marg. verb. dicit *incip.* col. 1. tomo. 3. *ibi,* Sed Eraſmus cenſet omninò, *&c. deleatur vſque in fi.*

In *cap. Qui diuina, 13. quæſt. 2. in gl.* Neſciuit, *pag. 688. add. in marg. ver.* Oblata. immò quia hæc ſola hoſtia. *&c. deleatur tota.*

In capit. Epiſcopatus. 14. quæſt. 1. pa. 690. add. in margi. incip. Obis ſtultos, qui perfectionem, *etc. de-leatur tota.*

In cap.

Digitized by Google

*In cap.Quod debetur.*14.*q.*1.*in gloſ.fi.pag.*691.*add.in mar.ver.* Conſilij.dicendum vt dixi,*&c.deleatur tota.*

In *eo cap.Si fœnerau̇eris.* 14. *quæſt.* 3.*glo.*1.*pag.*693. *addi. in marg.verbo.*Vendere prout, *&c.ibi*, Vide quæ dixi, *&c.deleatur vſque in finem.*

In *eo.cap.gloſſ.vlt.verb.Pactum,ead.pag. add. in marg. incip.* Iſtam ſententiam tenet,*&c.ibi*,dixi in tracta.vſu.*&c. delea. vſque in fi.*

In *cap.Quoniam multi.*14.*quæſt.*4.*ver.Seſcuplum.pag.* 695. *addit. in marg.incip.* Ideſt,vt tantundem,*&c.ibi*, dixi in tractat.*&c.deleatur vſque in fi.*

*In cap.Quid dicam.*14.*q.*4.*ead pag. add.in mar.incip.* Tomo.4.de Tobia,*ibi*, ſed Eraſmus cenſet librum illum,*&c.deleatur vſque in fi.*

In.*cap.Comperimus.*14.*q.*6 *pagina.* 700.*add.in marg.incip.* Fatua ſuperſtitio gloſ.*&c.deleatur tota.*

*In princ.*15.*q.*1.*verb.Peccati,pag.*702. *addit. in marg. incip.* Et ſic fatetur Aug.*&c.deleatur tota.*

In *cap.pri.*15.*q.*1.*verb.Fortè,pag.*703. *addit. in marg.incip.* Audaciùs definit,*&c.deleatur tota.*

In *cap.Firmiſſimè.*15.*q.*1.*verbo Pœnitentia,pag.*704.*addit. in mar.incip.*Non dicit Auguſt.*&c.deleatur tota.*

In *cap.*2.*in fi.*15.*q.*6.*pag.*714.*add.in marg. incip.*Verba ſunt Gratiani, *&c.deleatur.tota.*

In.*c.Alius.*15.*q.*6.*in ſuperſcrip.ead.pag.addit.in marg.incip.* Viden'vt exemplaria,*&c. deeatur tota.*

In *eod.c.verb.Pipinum pag.*715.*addit.in margi.incip.* Filium Martelli,*&c.deleatur tota.*

In *eod. c. verb. Frequenti,ead.pag.addit. in marg. incip.*Vt in conſequentiam,*&c.delea.tota.*

in cap

In.c.Nos sāctorū.15. q.6.ead.pa.add.in mar. verb. Excōmunicatis, *quę incip.* Ideſt, Imperatorib⁹, *&c. deleatur tota.*

In eod.c.in fin.verb.in gloſſ.vlt.ead.pa.add.in már.verb. Neceſſitate.B. Quicquid dicat iſte. *&c.deleatur tota.*

In.c.Cum multa.15.q.8.in gloſs.Cōnubio.pa.718.addit.in mar. verb. Perdit.hoc, *&c.ibi,* gloſ.pragm. *delea. vſque in fi.*

In cap.Sciſcitantibus.15 q.8.ead.pa.addit. in mag.verb. Purgatoria, *deleat.tota.*

In.c.De præſentium.16.q.1.pag.724.addi. in mar.incip. Etſic etiā poſt, *&c.delea.tota.*

In.c. Hinc eſt.16.quæſt.1.verb.Pateretur,pa.729. add. in mar. incip. Quod ſequitur non eſt, *&c.deleatur tota.*

In cap.Placet.16.q.1.in gloſs. Connumerat, pa.731. addit. in mar.verb. Cardinalis.immò nondum, *&c.deleatur tota.*

In c.Frater noſter.16.q.1.pa.735.add.in mar.incip. Hęc videtur prima. *&c.deleatur tota.*

In cap.In canonibus,in vlt.verb.16.q.1.verb.duodecies,pag.737 add.in mar.incip. Ita ouātes Imperiales, *etc. deleatur tot.*

In cap.Adhoc.16.q 1.in ſuperſcriptio.verb.Carthaginienſi,pa. 738. *addit.in mar.incip.* Immò epiſcopo Catenen'. *&c. deleatur tota.*

In cap.Decimæ 16.quæſt.1.in ſuperſcriptio.pag.740.addit.in mar.incip: Sermo.119, de tempore, *&c.deleatur tota.*

In ca.Porrò.16.q.3.pa.751.addit.in marg.quæ dicit, Stulta argumentatio, *deleatur.*

In cap.Si quis deinceps.16.q.7.pa.763.addit.in mar, incip. Iſtud cap. cum ſequen. *&c.deleatur tota.*

In.c.Si quis.16.quæſt.7.in ſuperſcriptio.pa.764. additionis in margine incip. Scilicet ſecundus, qui, *etc.deleatur tota.*

In ca.Decernimus. 16.q.7.pa.768.add.in mar.incip. Scilicet

ipſo iu-

Digitized by Google

ipſo iure,*&c.ibi*, Vt notiè declaraui, *&c. deleatur vſque in fi.*

*In.c.pen.16.q.7.in ſuperſcriptio.pag.*770. *add. in marg. inci.* Cap.23.& eſt ex conſt.*etc.ibi*,vt dixi in præfat.ad Hēr. *etc.deleatur vſque in fi.*

In.*c.Nos nouimus.17.quæſt.2. in ſuperſcriptio. pag.* 772. *addit.in mar.incip.*Epiſt.70.ſed ſunt,*etc.deleatur tota.*

In *eod.cap.in gloſſ.ead.pa.add.in marg.verb.* Vxorem. Vos iuuenes caſti.*etc.deleatur tota.*

In *cap.Præſens.20.quæſt.2.in gloſſ.Patrem in fi.pag.*803.*addit.in mar.verb.*Carnali hanc gloſſ.ſequitur,*etc.deleatur.*

*In ca.Conſtituit,in fi.*20.*q.3.pag.*804.*addit.in mar.incip.* Hunc tex.malè dicit,*etc.deleatur tota.*

In.*c.Relatio.21.q.1.in ſuperſcriptio.pag.* 807. *add. in marg. incip.*Epiſt.13.*etc.ibi*,Et ſic vides quod epiſcopus, *etc. deleatur vſque in fi.*

In eod.c.et pag.in text.verb.Proprius, add. in marg. incip. Ergo in verùm titulum,*&c.ibi*,Sed fictio vocis, *etc. deleatur vſque in fi.*

In.*c.Cyprianus.21.q.3.in ſuperſcriptio.pag.*810.*addit.in marg. incip.9.*lib.1.Eraſm.in præfatione,*&c.deleatur.*

In.c.Omnis.21,q.4.pa. 811.*addi.in marg. incip.* Quod etiã Lud.pius,*&c.deleatur tota.*

*In.c.vlt.22.quæſt.1.in glo.vlt.pag.*818.*addi. in mar.incip.* Dic vt not. 33.q.2.*etc.deleatur to.*

In *cap.Quæritur.22.q.2.verb.Mendaciter, pagina* 826. *addi. in marg.incip.*Tamen Alphonſ.Teſtatus,*deleatur tota.*

In *cap.Quid culpatur.23.q.1.pag.* 843.*addi.in mar.incip.* Vide Guliel.Occan.*&c.deleatur tota.*

In *cap.Summa.23.q.1.in ſuperſcriptio.ead.pag. add.in, marg: incip.* Immò vniuerſis.*&c.deleatur to.*

In cap.

In.c.Ipſa pietas 23.*q*.4.*in glo.Utiliter,pag*.858.*addit.in mar. incip*. Nam ſolus Papa,*etc.deleatur tota*.

I*n.c.Si illi*.23.*q*.4.*in gloß. Achab,pag*.861.*addi.in mar. verb*. Ochoſia,qui fuit,*&c.vbi,ait* Vide Occan indial. *&c. deleatur vſque in fi*.

I*n.c.Quæſitum in fi*.23.*q*.4.*pag*.870. *addi.in marg. incip*. Et ſic adhûc poſt annum,&c.*deleatur tota*.

I*n.c.primo*.23.*q*.5.*in gloſſ*. I*nteritu,pag*.873 *add.in mar.pro ſummar*.Clerci incorrigibiles,*etc.deleatur*.

I*n.c.Principes*.23.*q*.5.*pag*.880..*addi.in mar.incip*.Non ergo ob id extra,*etc.deleatur tota*.

In.c. Ad fidem.23.*q*.5.*in ſuperſcriptio.pag*.882.*addit.in mar. incip*.Lib.2.contra,*&c.ibi*,Vide Guliel.Occan,*delea. vſque in fi*.

In.c.I*am verò*.23.*q*.6.*in gloß.pag*.890.*add.in mar.verb*.Cap. Dic quòd loquitur,*etc.deleatur tota*.

I*n princ*.24.*q*.1.*in gloſſ.Qui verò,pag*.905.*add.in mar. verb*. Et ideò.Refert GulielOccan,*&c.deleatur tota*.

I*n.c.Comperimus*.24.*q*.3.*in ſuperſcriptio.pa*. 928. *addit.in mar. incip*. Immò magno presbytero,*&c. deleatur to*.

I*n. c.De illicita*.24.*q* 3.*pag*.929*addi.in mar. incip*.In nouel. Et ſic dudum poſt,*&c.deleatur tota*.

I*n.c.Dixit apoſtolus*.24.*q.pag*.935.*addit.in mar.incip*. Guliel.Occan in dial.*deleatur hæc citatio.Occan*.

I*n.c.Qui in eccleſia*.24.*q*.3.*pag*.936.*addit.in mar.incip*. Guliel.Occan dialog.*&c.deleatur tota*.

I*n.c.Quidam*.24.*q*,3.*ad med.verb.Collitiani,pag*.939.*addit. in mar.incip*.Iſti Auguſt. *&c.ibi*.Vide Culiel.Occan. *etc.deleatur vſque in fi*.

I*n cap.vlt*. 24.*quæſt*.3. *in ſuperſcriptio.pagina*. 940.*ad adit*.

*in mar.incip.*De ciuitate Dei,*&c.ibi,*Vide Guliel.Occan.*&c.deleatur vſque in fi.*

I*n.c.Sunt quidam.*25.*quæſt.*1.*in gl.pag.*942.*add. in marg.incip.*Dicas quod,*&c.deleatur tota.*

I*n ea.gl.& pa.add.in mar.incip.*Eccleſ. c. 26. non eſt, *&c. deleatur tota.*

I*n.c.Sufficiat.*27.*q.*2.*in gloſ.Voti virginalis,pag.*987.*addit. in marg.pro ſummar.*Maria continentiam,*&c. deleatur.*

I*n.c.Decreta* 27.*quæſt.* 2. *in ſuperſcriptio. pag.* 995. *addit. in marg incip.* Epiſt. 20.lib.6.ad Fort.*&c.ibi,*Vbi loquitur de ſimpliciter deſponſata,*&c.deleatur vſque in fi.*

I*n.c.Acutius.*28.*q.*3.*pag.*1015. *add. in marg.incip.* Sed tamen verior,*&c.deleatur tota.*

I*n.c.Si quis.*30.*quæſt.*5.*in gloſſ. pag.* 1032. *add. in marg. pro ſummar.*Matrimonium contraho ſi dicam,iuro, *&c. deleatur tota.*

I*n.c.ſi quis.*31.*quæſt.*1.*in gloſſ. Occidiſſe,pag.* 1036. *addit.in marg.pro ſummar.*Peccata quædam in baptiſmo non delentur,*&c.deleatur tota.*

I*n.c.Quomodo.*31.*quæſt.*1 *pag.*1037.*in gl.*1.*addit. in marg. pro ſummar.*Matrimoniũ non ducit ad vitam,*deleatur tota.*

I*n cap.Non mœchaberis.*32.*quæſt.* 5.*pag.*1067.*addit.in marg. incip.*Adde quòd vxoratus,*&c.deleatur tota.*

I*n cap.Omnes.*32.*quæſt.*7.*in gloſſ.Trium eunuchorum. pagine* 1073.*add.in marg.incip.*Iſti.& præcedentes non,*etc.deleatur tota.*

I*n.c.*I*nter hæc.*33.*q.*2.*pag.*1084.*addit.in mar.incip.* Ad hoc Vide Gulielm.*etc deleatur.*

IN.*c.Magna,de Pœn.diſt.*1.*in gloſ.Reputatur,pa.*1093.*add. in mar.incip.*Ideſt,in malis, vbi: *etc. deleatur tot*

I*n.c.*

*In.c.Sicut,de Pœnit.diſtin.*1.*in gloſſ.Voluntas,pa.*1099.*add. in mar.pro ſummar.quæ ait,*Peccata quæ ſola voluntate contrahuntur,*&c.deleat.tota.*

*In.c.Conuertimini,eadem diſtin.in gloſſ.Medici,pa.*1101.*add. in marg.incip.*Nam ſunt medici animarũ,*&c.deleatur.*

*In.c.Libenter,eadem diſtinct.in gloſſ.Commendatur,pa.*1106.*add.in mar.incip.*Dic clariùs,quòd hic dicit litera,*&c.deleatur.*

*In.cap.Verbum,eadem diſtin.in gloſſ.Iudex,pa.*1107.*addi.in mar.incip.*Vnde ſacerdos,*&c.deleatur tota.*

*In.c.Citiùs,de Pœnit. diſtinct.*2.*in gloſſ.Suo vitio,pa.*1152.*addit.in mar.incip.*Poteſt dici, quòd ex deordinatione,*&c.deleatur.*

*In cap.Qui vult,de Pœnitent. diſtinct.*3.*pa.*1159.*addit.in mar. incip.*Non quòd vera charitas,*&c.deleatur tota.*

*In cap.Ille Rex,eadem diſtinct.in gloß.Deleatur,pagina.*1162.*addit.in mar.pro ſummar.*Peccatum originale qualiter,*&c. deleatur tota.*

*In.c.In domo,de Pœnit.diſt.*4.*pag.*1183 *addi.in mar.incip.*Ioan.14.c.*ibi,*Sic ſtella à ſtella apud Danielem,*&c. deleatur vſque in fi.*

*In princ.de Pœnit.diſt.*5.*in gloſ.*1.*pa.*1189.*addit.in mar.pro ſũmar.*Confeſſionẽ ex traditione eccleſię,*&c.delea.tota.*

*Ibidem,add.in mar.pro ſumm.*Autoritas Iacobi de confeſſione concilium eſſe magis,q̃ præceptum, *deleatur.*

*In cap.*1 *de Pœnit.diſt.*6.*in gl.*Inueſtigator.*pag.*1195.*addit. in mar.incip.*Quod de ſingulis circunſtantijs ſit, *&c.ibi,* Credo quòd ſtandum eſt,*&c.deleatur vſque in fi.*

In.c.Sacerdos,ead.diſt.& pa.in gloß. add.in mar. pro ſummar. Confeſſor quandoque confeſſionem licitè reuelat, *&c.delea-*

Digitized by Google

& c. deleatur tota.

In cap. Si quis autem, de Pœn. diſt. 7. in ſuperſcript. pa. 1196. *ad. in mar. verb.* Ibidem. purgatoriũ non ſentit, *&c. delea.*

IN. *c. De raptoribus.* 36. *q.* 1. *pa.* 1240. *add. in mar. incip.* Immò nullo modo, *etc. deleatur tota.*

IN. *princ. de Conſecr. d.* 1. *pa.* 1244. *ad. in mar. incip.* Not. eſt ꝙ ſacramentorum, *etc. vel delenda, vel ſupplenda: quia conſultò tacet duo ſacramenta: nempe ſacrum Ordinem, et Matrimonium.*

Ibidem, addit. in mar. incip. Sed pro figura temporali, *etc. deleatur.*

In. c. De nominibus, ead. diſt. in gl. 1. *pa.* 1260. *addit. pro ſummario, quæ ait:* Nomina aliquorum non ſunt in miſſa exprimenda, *deleatur.*

In cap. Species, de cõſecr. diſt. 2. *in glo.* 1. *pag.* 1271. *add. in mar. incip.* Communior opinio eſt, *etc. deleatur tota.*

In. c. Prima quidem, ead. diſt. pa. 1276. *add. in mar. incip.* Et ſic neceſſe eſt illud, *etc. deleatur tota.*

In. c. Hoc eſt, ead. diſt. in. in gloſſ. magna, pa. 1277. *ſummarium in mar. quod ait,* Chriſti perſona perficitur, *etc. deleat.*

In princ. De conſec. diſt. 3. *in gloſſ. Natiuitas, pag.* 1295. *addit. in mar. incip.* Iſtud dictum gloſſ. *etc. deleatur tota.*

In princ. De conſec. diſtinct. 4. *in gloſſ.* 1. *pa.* 1302. *add. in mar. incip.* In hoc caſu, ſcilicet quando indignè, *etc. deleat.*

In. c. Baptiſmus, de conſec. diſt. 4. *in glo. Item ergo, pa.* 1308. *addit. in mar. pro ſummar.* Miniſtri ſacramentorum, *etc. deleatur.*

In. c. Catechiſmi, ead. diſt. pag. 1319. *addi. in marg. incip.* Sed iamdudum ibi. *etc. deleatur tota.*

inde-

Digitized by Google

Index

IN DECRETALES.

Ex addition. eiuſdem Caroli Molinæi, in Decretales Gregorijs, impreſſ. Lugdu. anno. 1553.

IN proœmio, verb. Servorum, pa. 1. add. in mar. incipiens, Sed non, etc. deleatur tota.

In eod. proœmio in gloſſ. Sibi ſubditos, ead. pa. add. in mar. verb. Saluabuntur. ita tamen, etc. deleatur tota.

Ibidem, in gloſſ. Lædat, pa. 2. addit. in mar. incip. Adde quæ, etc. deleatur tota.

In gloſſ. rubr. de ſum. Trinit. et fi. cathol. pagina. 4. addit. in mar. verb. Magiſtraliter ſed hanc, etc. deleatur tota.

Ibidem, addit. in mar. verb. Bolus. immò, etc. deleatur tota.

In c. fi. in fi eod. tit. pa. 9. addit. in mar. incip. Aliàs dogma habent, etc. deleatur tota.

In cap. Cum acceſſiſſent, de Conſtitution. in gloſſ. Confirmatum, pa. 13 addit. in mar. verb. Papæ. dic quod, etc. deleatur to.

In c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, eodem tit. verb. Approbatum, pa. 16, addit. in mar. incip. Scilicet Romæ, etc. deleatur tota,

In cap. 1. De Reſcrip. in gloſſ. 1. pa. 18 addit. in mar. verb. Etiam. falſum, etc. deleatur tota.

In c. Inter cæteras, eodem tit. in glo. Illi. pa. 21. add. in mar. verb. Clerico. immò impetranti etc. deleatur tota.

In c. Sedes, eodem tit. in gloſſ. Liberalem, pa. 28. addit. in mar. dicens, Liberalem: dando plumbum pro auro, deleatur.

In c. Ad audientiam, eodē tit. in glo. Renunciantes, pa. 44. add. in mar. verb. Pactum. immò non, etc. vbi dicit, Papæ ſummi inſtitoris, deleantur hæc duo verba ſummi inſtitoris

In c. Ex parte decani. eod. tit. de reſcrip. in gl. Indulgentiæ, pa. 45. addi. in mar. verb. Similem. in hoc, etc. deleatur tota.

In c.

In.c.*Quanto,de Conſue.pag.54.addit.in mar. incip.*Tempore Balduini,*deleatur tota.*

In *eod. c.in fi.pag. 55.addit.in marg. incip.*Merum præſtigium,*deleatur tota.*

In.c.Cratum,de P*oſtul.prælat.in gl.Pauciores,pa.63.addi. in marg. verb.*Ioan. dicit Idem Goffr.*&c.deleatur tota.*

In *cap.Bonæ memoriæ,eodẽ tit.in gloß.Curauimus,eadem pag. add.in marg.incip.*Vt quod ſcriptum eſt,*deleatur tota.*

In.*c.Significaſti.de Electio.in gloß.Apocriſarijs pag. 69.add. in marg. incip.* Apos enim dicitur,*&c. deleatur tota.*

Ibid. aliquantò inferiùs, in. 1. *editione tantùm, deleantur illa ver.* Quin nec Deus fidei demortuæ, *&c. vſque ad.* Feruoroſæ, vt in hoc cæco videmus.

Digitized by Google

verba. Itaque, ſi certum eſt etiam peſſima opera, recta animi intẽtione facta, Deum reſpicere, quanto, obſecro, certius erit bona opera, cum ſana animi volũtate facta, gratiora fore coram oculis Domini?

Ibidem, paulò inferiùs, in 1. *editione tantùm, deleãtur illa verba:* Non enim exaudit Deus vota impiorum: at illorũ deſiderijs animũ applicat, qui viua fide illũ inuocant.

*Fol.*191.*col.* 2.*ad fin.* & .*in.*2.*editione.*263.*col.*2.*ad finem, deleantur illa verba.* Proditorem Iudam impellit: quia iam cruci affixum eſſe ſummoperè cupiebat, vt animas noſtras à tyrãnide, & captiuitate eriperet.

*Fol.*197.*col.*1. *ante med.* & *in* 2.*editione, fol.* 271. *col.* 1. *poſt medium, vbi legitur*, Negatiuis præceptis, *deleatur vox*, negatiuis, & *ponatur*, affirmatiuis.

Fol. 207.*col.*1.*ad fin.* & *in* 2.*editione, fol.* 285.*col.*1.*ante mediũ deleantur illa verba.* Præterea ſacra loca, & id genus homicidarum, &c. *vſque ad illud*, Ita nec ſacra loca ſanctos efficiunt homines.

*Fol.*220.*col.*2.*ad med.* & *in.*2.*editione, fol.*303.*col.*2.*prope finem, deleantur illa verba:* Vult Dominus altarę terreũ: nos autem marmoreum conſtruimus, &c. *vſque ad illud in prima editione*, Damnatqúe faſtum, & ſuperbiam. *At in* 2.*editione, deleatur vſque ad illa verba:* Arbitramur enim Deum noſtris vanitatibus delectari.

*Fol.eod.col.*3.*poſt initium, in.*1.*editione tantùm, deleantur illa verba.* At Chriſtus Dominus abominatur redditus tẽporales, ſumptuoſa ædificia, & ornatus templi, quando ſacerdotes praui ſunt, & habitatores templi impiè viuunt.

*Folio.*222.*columna*.3.*ante medium*, & *in.* 2.*editione, fol.*306.
columna.

Digitized by Google

columna.3.in princi.vbi legitur, Quandoquidem omniũ maximum ſupplicium, *dicatur*, quandoquidem non omnium maximum.

Fol.225.col.4.ad finem, in.1.editione, tantùm, deleãtur illa verba. Nimirùm poſt finem ſeculi.

Fol.246.col.1.ad fin. & in.2.editione, fol.339.col.3.in princ. vbi legitur, Ita vt eius digitus in eis nihil poſſet imprimere, nèc eorum corda obſtinata, & malitia plena ſignare. *deleatur verbum*, poſſet, *& vbi, eſt*, imprimere, *dicatur*, imprimeret, *& vbi eſt*, ſignare, *dicatur*, ſignaret.

Fol.248.col.1.circa med.in.1.tantùm editione, deleantur illa verba, Quia nulla res adeò peccatum ſanat, & deſtruit vt Chriſti Domini memoria.

E.

EPIGRAMMATUM Flores.

Ex Epigrammatum Floribus, per Leodegarium à Quercu.

Tomo. 1.

In Pictery epigramma, ad Marathonem, quod inuenies, fol.6.in impreſſ.Pariſ.anni.1560.

In epigrammatis, Simonis Ualamberti, paulò poſt principium, deleatur epigramma hac inſcriptione. D.Margaritæ Reginæ Nauarrorum.

*Tomo.*2.

Expungantur carmina Eobani Heſſi, *&* Georgij Buchannani : *&* Sylua Germani Brixij Antiſiodorenſis

in Thomam Morum.

Deleatur tandem in hoc libro ad calcē epithalamij, C L. Heſp. Epigrāma, *cuius initium eſt*, O vtinam Chriſtū ſaperes.

EPIGRAMMATA
Græca.

Ex epigramatis Græcis, *deleantur nomina*, Iacobi Micylli, Ioannis Sotheris, Ioannis Sleydani, & Philippi Melanchthonis, *in omnibus epigrāmatis, quibus horum hæreticorum nomina præfixa ſunt.*

Expungantur etiam, Omnia epigrammata Theodori Bezæ Vezelij, & Henrici Cornelij Agrippæ, & Stephani Doleti.

IN EPIPHANII
opera annotationes.

Ex annotationibus in Epiphanium impreſſ. Baſilææ apud Robertum Vbinterum, anno. 1540. & 1545.

Tomo. 1. deleatur epiſtola Iani *Cornarij interpretis.*

Tomo. 2. libri. 1. hæreſ. 32. contra Secundianos. pag. 100. *deleatur gloſſa marginalis, quæ ait:* Vxores communes.

Tomo. 3. lib. 1. in præfationis, ac confirmationis librorum *Marcionis, pag.* 148. *deleatur glo. marg. quæ ait.* Lucæ Euangelium corruptum.

Eod. tomo, hæres. 45. *contra Seuerianos, pag.* 182. *deleatur gloſ. marginalis, quæ ait*: Mulier, ſathanæ opus.

Hæres. 51. *pag.* 199. *deleatur gloſ. marg. quæ ait:* Ioannis Euāgelium, Cherinti eſſe putatum eſt.

Ead. hæreſi. 51. *pag.* 213. *deleatur gloſſ, quæ ait:* Apocalypſ. Ioan-

Digitized by Google

Ioannis cur reprobata.

Tomo.4.hæreſi.59.pag.232.deleatur glo.quæ ait: Pœnitentia vna ſaltim.

Ead.hæreſi.59.pa.233.deleatur gloſſ. quæ ait: Coniugij ſacerdotum ratio.

Ead.hæreſi.pag.236.deleatur gloſſa,quæ ait: Opera in futuro ſeculo nulla.

Hæreſi.63.contra Origenianos,pag.245. deleatur gloſſa, quæ ait. Epiſcoporum dilectæ amicæ, ac concubinæ.

Tomo.5.hæreſi.66.pa.312.deleatur gloſſ.quæ ait: Animarum tranſitus de corpore ad corpus.

Pag.314.deleatur gloſſ.quæ ait: Anima in omnibus vna.

Hæreſi 69.pag.364.gloſſ.quæ ait: Creaturam non adorari *Item gloſſa alia quæ ait:* Epiſtola ad Hebræos Pauli non eſt, *deleatur.*

Eadem hæreſi,pag.372.gloſſ.que ait, Mittens non eſt ſimilis miſſo, *deleatur.*

Tomo.6.hæreſi.70.pag.391.deleatur gloſſ.que ait, Imago Dei non eſt anima. *Item alia gloſſa,quę ait,* Imago Dei non eſt virtus.

Hæreſi.75.pag.435.gloſſ. quæ ait, Epiſcopus non differt à presbytero, *deleatur.*

Item alia glo.quæ ait, Paſcha non eſt peragendum. *Et alia que ait,* Mortuis viuorum preces non prodeſſe. *Et alia,* Ieiunium ordinatum non eſt ſeruãdũ, *deleatur.*

Tom.2.lib.3.pag.507.del.gloſſ.marg. Imagines damnatæ.

Ead.pag.deleat.gloſſ.quæ ait, Sancti non adorandi.

ERASMVS Roterodamus.

Index

Ex Deſiderij Eraſmi Roterodami operibus.

Tomo Primo.

E *Xpræfatione, ſiue Catalogo lucubrationum, cuius initiũ eſt,* Non pateris, Abſtemi vir clariſſime. *in excuſſis Baſilææ, anno.1540. pag. 4. præfationis, prope finem paginæ, deleatur ab illis verb.* Coactus ſum igitur, *vſque ad*, Cæterùm quoniam videbam.

In princ. 10. pag. deleatur ab illis verbis. Moriam luſimus, *vſque ad*, Vitæ rationẽ, ac pietatem. *Et paulò poſt deleatur ab illis verbis*, Enchiridion militis Chrini, *vſque ad*, quin his maiora.

Pag.11. in fin. deleatur vox, Συκοφαντίας.

Pag.12. lin. 13. deleantur illa verba: Declarantes, eos', qui ſic clamaſſent, prorſus inſanire.

Ead. pag. lin. 24. deleantur illa verb. Per monachos quoſdã, apud quos ſacroſancta eſt Pontificis autoritas.

Eadem pag. linea. 31. deleatur ab illis verb. Et inuenit Roma qui tales nænias legant, *vſque ad*, Verùm Paſquillus.

Pag.13. lin. 6. deleãtur illa verb. Sed dignam eo vſu quem iudicauit Catullus.

Pa. 14. in princip. deleantur illa verb. Nulla res magis commendauit Lutherum orbi, quàm hominum huiuſmodi mores.

Pag. 15. ad medium, deleantur illa verb. Quis non agnoſcat hîc ſpiritum euangelicum, quo mille iam annis caruit mundus?

Deleatur etiam quod ſtatim ſequitur, tribus paginis ſequentibus ab illis verb. Et tamen non habent quod obijciant mihi. *vſque ad illa verba, pag. 19. paulò poſt pricipium:* Hæc

erat

erat illa techna mea, non aliundè profecta.

Eadem pa.19.ad med.deleantur illa verb. Fortiter oblatrant quidam, qui mallent me ſcribere de indulgentijs, aut de colligendis caſeis.

In indice primi tomi, deleantur nomina librorum prohibitorum.

Ex libro.2.de copia verborum, vel rerum.

Pag.74.lin.19.deleatur ab illis verb. Sunt autores ne quaquam contemnendi, *vſque ad,* vel petere , vel repetere.

Ead.pag.prope fin.deleatur ab illis verb. Primùm, bello conflictari, non eſſe hominis, *vſque ad* , haudquaquam Chriſtianorum.

In epiſtola ad Chriſtophorum Urſeuicum prope fin. pag. 209. deleatur ab illis verbis, Sed rurſus ſapiētiùs, quàm Theologorum. *vſque ad,* magnis de nugis diſputat.

In epiſtola ad Ioannem Eutychium, pag. 284. linea vlt. deleatur ab illis verb. At mihi videtur iuſtius, *vſque ad,* vel finxit, vel retulit.

Ex libr. de conſcribendis epiſtolis.

§, de ſuperſtitione epithetorum, pag. 323. lin. 17. deleatur ab illis verb. Beatiſſime pater audit Romanus Pontifex. *vſque ad vltima verba. §.* non delectari titulis ineptis.

Eodem lib. pag. 359. deleantur illa verb. Herili, ac parùm humanæ vitæ inſtituo, *lin. 11. eiuſdem paginæ, deleatur ab illis verb.* Quid incōſideratius, *vſque ad,* non eſſes quidem, qui negare poſſes.

Lin. 44. eiuſdem pag. deleat. ab illis verb. Quaſi verò non

Digitized by Google

plurima ſunt in Chriſto , *vſque ad,* Nobis quid ſit agendum ſignificauit.

Pag.360.deleat.ab illis verbis, Quid ſimile vſquàm de cœlibatu legis? *vſque ad,* ex ſe nullam habet laudem.

Lin.10.deleatur ab illis verb. Nempè ideò, *vſque ad,* Sobole augerent.

Lin.15.deleatur ab illis verb. Quòd ſi lex damnat , *vſque ad,* ne ſteriles eſſent.

Lin.25.deleatur ab illis verb. Tamen arguunt, *vſque ad,* vel ſpurij impleri.

Pag. 361. lin.36. deleatur ab illis verb. Apparet igitur, *vſque ad,* ſibi perniciem accerſere.

Pag. 362. lin.3. deleatur ab illis verb. Parùm diligens, *vſque ad,* operam dederit.

Lin.8.eiuſdem pag.deleatur ab illis verb. Is pater multarum gentium, *vſque ad,* refugiſſet.

Lin.17.deleatur ab illis verb. Cur hæc membra tribuit? *vſque ad,* Quid tam diſſimile veri?

Lin.29.deleatur ab illis verb. Perinde quaſi virtus ſit, *vſque ad,* Cum natura pugnat.

Lin.56.deleatur, Hoc veniæ.

Lin.33.deleatur, Privilegium.

Lin.40.deleatur ab illis ver. Primum arbitror, *vſque ad,* Cogitariùe poſſit exitialius?

Pag.363.lin.18. deleatur ab illis verb. Verùm donetur hic ardor: *vſque ad,* Veluti paratum præmium inuitat.

Pag.364.lin.18. deleatur ab illis verb. Mea ſententia , neque homo ſit exiſtimandus, *vſque ad,* abhorreat.

Lin.23.deleatur ab illis verb. Quanquàm quis , *vſque ad,* ſed planè ſaxum dixerim.

Lin.

Digitized by Google

Lin.25.deleantur illa verb. Quanquàm ne viri quidem vocabulum ſine his meremur.

Pag.365.lin.41.deleatur ab illis verb. Eamus nunc, & cœlibatum, *vſque ad*, num expectamus vt Iupiter.

P*ag.366.lin.8.deleatur ab illis verb.* Cur igitur prælata eſt virginitas? *vſque ad*, turpi cœlibatu paſſus ſis interire.

§. De genere diſſuaſorio, pa. 366.lin.17.deleatur illud. In vituperando matrimonio.

Ex libro, cui titulus eſt, de pueris ſtatim, ac liberaliter inſtituendis.

Pag.437.circa finem, deleatur ab illis verb. Eiuſmodi caſtigatio fortaſſe, *vſque ad.* Quid hac ſententia frigidius.

Ex libro, cui titulus eſt, Parabolæ, ſiue ſimilia.

P*a.468.prope fin.in illis verb.* Vt rex mundi magna curat, parua relinquens fortunæ, *deleatur illud*, parua relinquens fortunæ.

P*ag.481.ad fin.deleatur*, Ipſi nihil inde guſtant.

P*ag.487.deleatur ab illis verb.* Non vt Cæneus, *vſque ad*, probus euadit quiſpiam.

P*ag.491.in illo ſimili*, Vt ſacrificijs honorem habet ciuitas, *deleatur duæ voces*, multò magis.

P*ag.504.in illis verb.* Simul, atque ſemel indurauit ingenium adoleſcentis ætate, vitijsque non poteſt refingi, *deleatur verbum*, non poteſt.

Ead.pa.ante fin.deleantur illa verb. Si ſingulę ciuitates ſingulos haberent ſacerdotes, vt olim.

P*ag.507.poſt med.in illo ſimili*, Quemadmodum Magi, *deleatur ab illis verb.* Ita quidam ſacerdotes, *vſque ad*, ſibi ma-

Digitized by Google

ſibi magis habeant obnoxiam.

*Pag,*510.*paulò poſt med.in illo ſimili*, Luna ſemel extincta, *deleatur illud:* At homo nec renaſcitur mortuus. *Et paulò poſt,in illo ſimili,*Sol poſt occubitũ redit nouus: homo non item,*deleatur,*homo non item.

*Pag.*116.*paulò ante med.in illo ſimili*, Creta nullum habet, *deleatur ab illis verb.*Ita nullum eſt monaſterium tàm ſanctum,*vſque ad,*inuidentiæ malo.

*Pag.*118.*ante med.in illo ſimili.* Sicut piſcis, *deleatur ab illis verbis:*Non vllis dulce ediſcere preculas,*vſque ad,*cùm non intelligant.

*Pag.*119.*in illo ſimili,*Si fuco alas ademeris, *deleatur ab illis verb.*Ita qui in monachorum tracti naſſam, *vſque ad,* ne melior ſit aliorum conditio.

*Pag.*521.*in illo ſimili,*Vt aquæ laus eſt,*deleantur illa verb.* Theologus hoc ipſo,*vſque ad,*& à muſis alienus.

*Pag.*522.*in illo ſimili,*Vt loci ſalubritas,*deleatur ab illis verbis,*Veluti qui verſantur in cæremonijs,*vſque ad*, nihil conducere.

*Pag.*523.*lin.*1.*deleantur illa verba.* Nullam huius mundi ſentit corruptelam.

*Eadem pagina,ibi,*Arator niſi curuus ſit,*deleantur illa verba.*ita miles,niſi impius ſit,parùm eſt miles.

*Pag.*524.*prope fin.deleatur ab illis verb.*Ita ſpurcæ Scotiſtarum,*vſque ad,*ſtupidis iſtis,& bardis quouis aromate gratior.

*Pa.*525.*ad med.ibi,*Vt venti deſituri, *deleatur illud*, veluti Iulius Pontifex.

*Pag.*757.*deleatur tota epiſtola,*de vtilitate colloquiorum, *cuius initium eſt,*Adeò nunc in omnes, & in omnia,

per vni-

Digitized by Google

per vniuerſum orbem graſſatur.

ex libro, cui titulus eſt, dè recta Latini, Græcique ſermonis pronunciatĭone.

Pag. 768. *ante fin. deleatur ab illis verb.* Si bene facta me timur charitate, *vſque ad*, Veriùs quàm ad pietatem.

P*ag*. 772. *lin*. 11. *deleatur ab illis verb*. Ad habitum quendam Phariſaicum, *vſque ad illa verba, pag*. 773. His rebus quidam fortaſſe magis congruebant.

Ex libro, cui titulus eſt, Dialogus Ciceronianus.

Pag. 815. *lin*. 33. *deleantur illa verb.* Ex Chriſtianis autoribus oborta nebula.

Lin. 36. *eiuſdem pag. deleatur ab illis verb.* Quàm in Diuorum aſcribi numerum, *vſque ad*, celebrari Ciceronianus, quàm ſanctus.

Eadem pag. lin. vlt deleatur ab illis verb. Ego Ciceroni inter Apoſtolos, *vſque ad*, eloquẽtiæ quondã appellabãt.

Eodem lib. pag. 833 *prope finem, deleatur ab illis verb.* Quemadmodum eximiæ pietatis virum Benedictum, *vſque ad*, Fortaſſe & Chriſtum, qui præter titulum.

Eod. lib. pag. 854. *lin. penult. deleantur tres voces*, Per gratiam fidei.

Pag. 835. *lin*. 5. *deleatur*. Perſuaſionis munificentia.

Tomo. 2.

Adàgia, *eiudem Eraſmi expurgentur iuxtà editionem iuſſu. S. D. N. Gregorij. XIII. caſtigatam.*

Tomo. 4.

Digitized by Google

Ex Apophthegmatibus.

In Ariſtide,pa.224.ad mediũ,deleatur ab illis verbis: Nunc mundus vndique plenus eſt ſodalitatibus , *vſque ad*, Quod erat factu optimum.

In P*anegyrico gratulatorio,ad* P*hilippum Burgundiorũ* Prin*cipem,pa.416.ad medium,deleantur illa verb.* Immò haud ſcio an eundem in hominem conueniant hæc duo cognomina.

Ex libro,cui titulus eſt,Inſtitutio Principis Chriſtiani.

P*ag.447.lin.19. deleatur ab illis verb.* Et Chriſtus nos ab omni ſeruitute redemit, *vſque ad*, ac Principẽ Ieſum Chriſtum.

Eadem pag.ante fin.deleatur ab illis verb. Nec te fugiat quicquid in Euangelicis,aut Apoſtolicis,*vſque ad* , Num idem vis eſſe Chriſtiano.

Eod.lib.pag.463.lin.10.deleatur ab illis verb. Et fortaſſis expediat Reipub. monaſteriorum eſſe modum , *vſque ad*,de collegijs ſentiendum eſt.

P*ag.471 poſt med.lin.15. à fine pag. deleatur ab illis ver.* At Chriſtus ipſe,at Petrus,& Paulus , *vſque ad illa verba, pag.*472.ſuſpectum habere debet.

P*ag.473.lin.4.deleatur ab illis verb.* Vt donemus aliquod bellum eſſe iuſtum,*vſque ad* , Niſi ſummus etiam haberetur honos.

Ex libro,cui titulus eſt,Pacis querimonia ſiue Querela Pacis.

P*ag.488.linea.16.à fine,deleatur dictio.* Vulgo.

P*rope finem eiuſdem pag. deleatur ab illis verb.* Quod longo iam

Digitized by Google

go iam vſu. *vſque ad illa verb. pag.* 489. odijs ac iurgijs eſſet infectum.

Ead. pag. 489 l*in.* 21 *deleantur illa verb.* Et tamen non pudet illos appellari Chriſtianos. *Linea.* 14. *à fine eiuſdem pag deleatur ab illis verb.* Audite ſtrenui bellatores, *vſque ad*, & Chriſtinianorum Deum,

Pag. 492 *lin.* 14. *à fin deleantur illa verb.* Nē quis ſperaret vſquàm in bellis adeſſe Chriſtum. *Et paulò poſt lin.* 8. *à fin. deleatur ab illis verbis*, Si verum prædicant, *vſque ad* Hiſce rebus defertur. *Et paulò ante fin. eiuſdem pag. deleatur ab illis verb.* Quî conuenit caſtris & eccleſiæ? *vſque ad*, Quid tibi cum bellis?

Pag. 493 *prope finem, deleatur ab illis verb.* Immò ne ſacerdotes, *vſque ad verb. pag.* 494. prouocantium ad perniciem.

Eadem pa. 494. *ad medium, deleatur ab illis verb.* Iam ipſa caſtra ſequuntur ſacrifici, *vſque ad verb. pagi.* 495. Cuius inſtinctu ſummum malum fratri machinaris.

Ead. pag. 495. l*in.* 12. *deleatur ab illis verb.* Et poſt hæc execrantur Turcas, *vſque ad*, quaſi Turcis, *excluſiue.*

Et l*in.* 16. *deleantur illa verba:* Quid aliud facis quàm illi? *Ad med. lin.* 27. *deleatur ab illis verb.* Atque intereà ſolemnes aguntur ſupplicationes, *vſque ad*, cuius ipſi vobis eſtis autores.

I*n fin. pag.* 496. *deleantur illa verba.* Conſpirent omnes aduerſus bellum.

Lin. penult. deleantur illa verb. Vel tàm ſceleratæ, vel certè.

Pag. 497. l*in.* 7. *deleantur illa verb.* Quaſi poſt hâc pium ſit futurum non fieri martyres, ſed facere.

Pag. 498. *paulò poſt med. deleātur illa verba.* Vis palàm cernere quàm

Digitized by Google

nere quàm res ſit impia bellum?

*Pa.*500.*lin.*6.*deleantur illa verb.*Impudentes, qui ſibi pol licentur à bellis ad eam iter eſſe.*Lin.*10.*eiuſdem pa. deleatur ab illis verb.*Vt non ſubitò ex ſpurco helluone, *vſque ad*, virginum ſocius.

Tomo. 5.

Ex enarratione primi pſalmi.

*Pag.*149.*lin.penult.deleatur ab illis verb.*An nonne hæc faciunt ſacerdotes quidam, qui ſuperſtitioſam plebeculam cæremonijs inuoluunt? *vſque ad*, ſemper imbecilles in Chriſto.

*Pag.*150.*ante med. deleatur ab illis verbis.* Ideo peccabant, *vſque ad*, peccatorem Adam.

*Pag.*151.*lin.*21.*deleatur ab illis verb.*Auſim & illud addere, *vſque ad*, Nuſquam enim ceſſat charitas.

*Pag.*153.*linea.*9.*deleatur ab illis verb.* Citra trium linguarum peritiam, *vſque ad*, etiam ſolùm amplectimur.

I*bidem, lin.*14.*deleatur ab illis verb.*Legant & idiotæ legem Domini, *vſque ad*, de hac colloquantur.*Ibidem, lin.*19. *deleatur ab illis verb.* At nunc ſunt, qui ſummoperè cauendum putant, *vſque ad*, qua poſſint meditentur in lege Domini.

Ex enarratione pſal. 2. Quare fremuerunt gentes.

*Pag.*187.*paulò poſt medium, deleatur ab illis verbis*, Regem habet inuiſibilem, *vſque ad*, hic eſt Chriſtus incluſiuè.

*Eodem pſa*l.*pag.*192. *ante med. deleantur illa verb.* Hoc eſt, vitare iuſſit: vt pudore correptus reſipiſceret.

I*bidem paulò poſt medium paginæ* lin 30. *deleatur ab illis verb.* Et tamen virgam non habebant, *vſque ad*, quam tyranno-

Digitized by Google

rannorum temperet.

*Pag.*193. *lin.*18. *deleantur illa verb.* Sola fides præſtabit ſalutē: & ſemel abolebit quicquid hactenus peccatū eſt.

Concione in pſal. 4. Cum inuocarem.

Pag. 212. *prope finem deleatur ab illis verbis*, Nam hæc eſt hominis iuſtitia, *vſque ad*, qui quod pollicitus eſt præſtitit.

*Pag.*224. *lin.* 10. *deleatur ab illis verb.* Iniuſtè petunt, *vſque ad*, hanc itaque iuſtitiam.

*Pag.*236 *prope finem, deleatur ab illis verbis.* Non veſte, non cibo, non cæremonijs, *vſque ad*, dominus addit dotes.

P*ag.*240. *ad medium, deleatur ab illis verb.* Iam videre eſt quoſdam, vbi correpti fuerint, *vſque ad*, in domini promiſſis, & miſericordia.

Ex libro qui inſcribitur de puritate tabernaculi, ſiue eccleſiæ Chriſtianę.

*Pag.*255. *prope finem, deleatur ab illis verb.* Denique cùm concupiſcentia quam ſentimus, *vſque ad*, hęc cùm ſic habeant.

P*ag.* 256. *lin.* 16. *deleantur illa verb.* Tamen reuera non habitant in tabernaculo Domini.

Pſalm. 28. afferte Domino filij Dei.

In conſultatione de bello Turcico, pag. 302. *deleatur ab illis ver.* Neque verò me clam eſt, *vſque ad verb. pag.* 303. Nunc propiùs vrget nos mali vis.

Ex enarratione in pſal. 33. Benedicam Dominum.

*Pag.*343.*ante finem, deleatur ab illis verbis*, Auguſtinus conſtanter affirmat infantes baptizatos, *vſque ad*, ſi ſancti fuerunt.

Pſal.38 *pag*.363.*ad medium, in illud*, Dixi cuſtodiam vias meas, *deleatur ab illis verb.* Magnus eccleſiæ doctor Origenes, *vſque ad illa verba.pa*.366.Sed quid conor numerare quæ numerum non habent.

Pag.368.*lin*.5.*à fin.deleantur illa verb.* Sic lapſi ſunt præcipui doctores eccleſiæ.

Eod.pſal.pa.387.*lin*.12.*in illud*, A fortitudine manus tuæ, *deleantur illa verb.* Abijcit virium, ac meritorum ſuorum fiduciam.

Ex libro, cui titulus eſt, de miſericordia Domini.

Paulò poſt princ.pa.467.*in princ. deleat.ab illis verb.* Verùm id quod nunc agimus, *vſque ad*, nobis præeuntem.

Pag.475.*paulò ante fin, deleatur ab illis verb.* Neque defuere qui tantum tribuerent, *vſque ad*, quàm Dei miſericordiam.

Pag.478.*poſt medium, deleatur ab illis verb.* Si verum dicit Paulus, vbi ſunt iſti, *vſque ad*, agnoſce tuã miſeriam, & parata eſt miſericordia.

Pag.481.*lin*.29.*in illis verb.* Tantùm avertamini ab his, *deleatur dictio*, tantùm.

Pag.482.*ad medium, deleatur ab illis verb.* Reſidet enim qui peccare deſinens, *vſque ad*, reſtituitur eccleſię communioni. *Paulò poſt lin*.16.*à fine, deleãtur illa verb.* quid autem eſt audiri niſi credere?

Paulò ante fin. eiuſdem paginæ, deleantur illa verb. Ingemiſce, con-

Digitized by Google

ce,confitere:ſed coràm Domino.

*Pag.*483.*ad medium, deleantur illa verb.* Quid igitur ſupereſt?nihil,niſi vt agnoſcas Dei miſericordiam.*Et paulò poſt,deleantur illa verb.*quid eſt,conuertimini ad me, agnoſcite veſtram miſeriam,& expetite meam miſericordiam.

*Pag.*484.*paulò poſt med.deleantur illa verb.*Satis rogat qui morbum agnoſcit.

*Pa.*485.*ad med.deleantur illa verb.* Quid aliud requirit abs te miſericors Dominus,niſi vitæ mutationem?

Ex libro,cui titulus eſt,de vidua Chriſtiana.

*Pa.*608.*poſt medium,lin.*21.*à fine,in illis verb.*Fides,cui comites indiuiduæ ſunt Spes, & Charitas. *deleatur vox,* indiuiduæ.

*Eod.lib.pa.*611.*lin.*20.*à fine,deleantur illa verb.* Vt ſit quam præferas,vix ſit quam poſtponas.

*Pag.*612.*lin.*6.*deleatur ab illis verb.* Maioris virtutis eſt, *vſque ad,*quemadmodum diximus.

Ex libro,cui titulus eſt,Precationes.

*In precatione tempore peſtilentiæ,pag.*1006.*lin.* 5. *deleatur ab illis verb.*Nonnulli ad certa Diuorum nomina, *vſque ad,*Magorum artes.

Ex libro,cui titulus eſt,de contemptu mundi.

*Deleatur totum cap.*12.*cuius initium eſt*, Iãdudum video te componere ſarcinas.

Ex libro, qui inſcribitur,de præparatione ad mortem.

*Pag.*1085.*lin.* 5.*à fine,deleatur ab illis verb.* Sed nos, cum hoc Goliath congreſſuri,*vſque ad,*Paulus loquitur in eccleſia.

*Pag.*1092.*in fine deleantur illa verb.* Neque verò tuâ refert quod non cernitur oculis eccleſia.

*Pag.*1093.*lin.*12.*deleatur ab illis verb.* Qui verò ſubſtituerunt, *vſque ad,*his rationibus optimè fit.

*Pag.*1099.*lin.*3.*deleantur illa verb.* Vides hîc victoriam in oculis eſſe potiùs,quàm in manibus.

*Pag.*1101 *prope finem,deleat. ab illis verb.* Quidam emptitijs diplomatibus,*vſque ad,*ſed os ſublinire morituro.

Tomo. 6.

Ex annotationibus Eraſmi in nouum teſtamentum.

*In præfatione,fol.*1.*pag.* 2. *lin. penultima in excuſſis Baſilaeæ, anno.*1541.*deleatur ab illis verbis,* Viri non ſolùm pietate,*vſque ad,* Oecolampadij Vinimontani.

Fol. 2 *pag.* 4.*eiuſdem præfationis, prope finem, deleantur illa verb.* Vngulis ſuum, & aſinorum perturbatis.

*Cap.*2.*Matthi,in illa verba,* Et tu Bethlehem.*pag.* 13. *paulò ante finem,deleantur illa verba.* Nunquàm reperire licet Phariſæos,& Scribas in hoc notatos, quòd legem ignorarent.

*Eod.cap.pag.*14.*lin.*2.*deleantur illa verb.* Palàm oſtendens Euangeliſtam non ſolùm verbis diſſidere à propheta,verùm etiam ſenſum prorſus eſſe contrarium.

*Ead.pag.lin.*13.*deleatur ab illis verb.* At in Euangeliſta fatetur ſenſum prorſus eſſe pugnantem,*vſque ad illa verba, prope finem pag.* Vel apud nos locũ eſſe deprauatum.

Digitized by Google

Cap.4.in illa verba, Dominum Deum tuum *pag.24.paulò poſt principiũ,deleatur ab illis verbis,* & illi ipſi ſeruies, *vſque ad,* nos breuitati ſtudemus.

Cap.5.in illo, Omne malum, *pag.26.deleatur ab illis verb.* Bellum etiam in templis laudatur, *vſque ad,* Ariſtot. decreta nos magis commouent, quàm Chriſti.

Eod.cap.5.in illa verba. Libellum repudij, *pag.30.deleatur ab illis verbis,* deinde quid facient huic loco, *vſque ad,* illud leuiculum.

Cap.6.in illa verba, Nolite multum loqui. *pag.33.deleatur ab illis verbis.* porrò quod hodie videmus ſacerdotes, *vſque ad,* cum ſeculo ſuo pugnare.

Eodem loco pag.34.lin.1. deleatur ab illis verbis, Nam cantiuncularum clamor, *vſque ad,* næ nias legant ſacris admixtas, *incluſiuè.*

Eodem cap.6.in illa verba, Quia tuum eſt regnum, *pag.35. lin.8.deleatur ab illis verbis,* magis taxanda fuerat, *vſque ad,* quòd ſi quis contendat.

Cap.8 in illa verba, Ipſe infirmitates noſtras, *admedium paginæ.41.deleantur illa verba,* ipſe nonnihil ad ſuum deflectens negotium. *Deleatur etiam annotatiũcula marginalis, quæ ait:* Vaticinium non nihil deflexum ab euangeliſta.

Cap.9 in illud, Panni rudis. *pag.44.in fine, deleantur illa verba, in Eraſmo ſuſpecta,* ſic enim vocat animos nondum humanis traditiunculis infectos.

Cap.10.in illud, Prædicate, *pag.49 poſt medium, deleantur illa verba,* immò, niſi tales aluiſſet, euexiſſetque Romana Sedes, non veniſſet in publicum orbis odium

Cap.11.in illud, Iugum meum ſuaue eſt, *pagina.54.de-*

Digitized by Google

leatur ab illis verb. mouet hoc loco. D. Hieroni. *vſque ad vlt. verba annotationis*, profeſſo conueniebat.

Cap.12. in illud, Quærentes te, *pag.58 prope finem, deleatur ab illis verbis*, Cęterùm aut hodie vulgus pro quodam fauore, *vſque ad vlt. verba annotationis*, verùm hæc leuiculi ſunt momenti. *Deleantur etiam duæ annotatiunculæ marginales, quarum altera ait*, Chryſoſtomus aliquid imperfectum tribuit Mariæ Virgini: *altera*. Chriſtus parùm blandus matri.

Cap.13 in illud, Auditu audietis, *pag.60 ante finem deleatur ab illis verbis*, hanc excuſationem non admittent, *vſque ad*, quod explicari non poterat.

Cap.15. in illud, Munus quodcunque eſt, *pàgina. 66 poſt medium, deleatur ab illis verbis*: atque vtinam hic Phariſęorum morbus, *vſque ad*, cæterùm ideò dixit.

Cap.16. in illud, Quia tu es, *pag.72. lin.7. deleat. ab illis verb.* Proindè miror eſſe qui locum hunc detorqueant, *vſque ad illa verba*, poneret eccleſiæ fundamentum. *Ibidem deleatur gloſſa marginalis, quæ ait*, Eccleſia non eſt fundata ſupra Petrum.

Cap.17. pa.73. in illud, Ipſum audite, *deleatur ab illis verbis*, At nunc videmus dormitari, *vſque ad*, ſeruulos anteponi domino.

Capite.18 in illud, Præuenit illum Ieſus, *pagina.74. ante finem, deleatur ab illis verbis*, Videtur Hieronymus hoc arrogantiæ tribuere, *vſque ad vltima verba annotationis*, quod nos Principi Chriſto debemus.

Deleatur etiam annotatiuncula marginalis, quæ ait, Excuſſa Hieronymi opinio de veſtigali eccleſiaſticorum.

Cap.19. in illud, Quacunque ex cauſa. *pag. 77. paulò poſt*

medium, deleatur ab illis verbis, Sed ad hanc rationem omne peccatum, *vſque ad,* Iudæis permiſſum eſt vxorem. *Et paulò poſt deleatur ab illis verbis,* quod Auguſtini commentum, *vſque ad vltima verba annotationis,* ſed qui proponam eruditione excutienda.

*Eodē cap.*19. *in illud,* Qui facti ſunt, *pag.*79. *deleatur ab illis verb.* in qua claſſe ponemus eorũ gen⁹, *vſque ad vltima verba annotationis,* cõijceret in hoc incendiũ libidinis.

*Cap.*22. *in illud,* Sicut te ipſum, *deleat. ab illis verb.* proindè fruſtrà cauilātur, *vſque ad,* quæ per ſe ſunt infirmiora.

*Cap.*23 *in illa verba,* vt videantur ab hominibus, *pag.*91. *prope finem deleantur illa verba,* velut hodie apud nos habentur qui diuerſis, ac nouis, cultuum formis, & coloribus, ſanctimoniam apud vulgus profitentur.

Eodem cap. & loco, deleatur ab illis verbis, atque vtinam hoc hiſtrionum genus, *vſque ad vltima verba annotationis,* cùm alioqui leuis ſit in peccatores.

Deleatur etiam gloſſa marginalis, quæ ait, Superſtitioſa reliquiarum oſtentatio. *Item alia gloſſa, quæ ait,* Chriſtus in ſolos hypocritas ſæuit.

Eodem. cap. in illud, Orationes longas orantes, *deleatur ab illis verbis.* Vtinam hic locus emēdet quoſdam, *vſque ad,* hoc ventres orbi peſtilentes.

Eod. cap. pag. 93. *in illud,* Et facitis eum filium gehennę duplo quàm vos, *deleantur illa verba, ironicè dicta,* qui magnum quidam exiſtimamus Iudæum ad Baptiſmum pellexiſſe.

Eodem cap. & pag. in illud, debitor eſt, *deleantur illa verba.* Si quid minus ad rem pertineat, id inculcant: velut de poteſtate Pontificis.

Digitized by Google

Cap. 24. in illa verba, Ecce hic eſt Chriſtus, *pag. 96. deleatur ab illis verbis*, audimus monachos paſſim clamãtes, *vſque ad vltima verba annotationis*, quàm ſyncero animo dicuntur à nobis.

Cap. 27. in illud, Ager ille Hacheldemach, *deleatur ab illis verbis*: Cæterùm, etiam ſi fuiſſet in nomine duntaxat memoriæ lapſus, *vſque ad*, Addam de meo.

Eodem cap. 27. in illud, Improperabant, &, *deleatur ab illis verbis*, Hugo Cardinalis, *vſque in fin. annotationis, ibi*, ordinis Iacobitici.

In Marcum.

Cap. 6. Marci in illud, Calceatos ſandalijs, *pag. 127. lin. 19. deleantur illa verba*, non eſt euangelicæ perfectionis Chriſtum in externis anxiè exprimere. *Ibidem deleatur ab illis verbis*, ſtulta verò conſtitutio, *vſque ad*, euangelicæ perfectionis.

Eod. cap. & loco, deleat. ab illis verb Neque diſsimile veri, *vſque ad*, neque vt id facerent vnquàm à dño iuſſos.

Eod. loco, *pag. 128. lin. 1. deleatur ab illis verbis*, Sunt item qui nolunt Chriſtum exercuiſſe, *vſque ad illa verba*, ſed hiſce de rebus iam plus ſatis opinor.

Cap. 14. in illud, Qui pro multis effundetur, *pag. 143. deleatur ab illis verbis*, qui tantoperè aſſeuerant, quibus verbis, *vſque ad*, per figuram, πρωθ ύςερον.

In Lucam.

Cap. 1. in illud, Beatam me dicent, *pag. 158. deleātur illa verba*, tùm enim glorificatur nomen Dei, cùm nihil noſtris meritis, ſed totum tribuitur illius miſericordię.

Eod.

Digitized by Google

Eod. cap. in illud, Abraham & ſemini, *pag.* 159. *deleatur ab illis verbis*, quas belluas habuerit hoc ſeculum, *vſque ad fin. annotat.* cùm illius vomicæ ſint veriùs, quàm membra.

Cap. 2. *in illud*, Inuolutum pannis, *pag.* 162. *deleatur ab illis verbis*, nunc mendicantium vocabulo ſeſe venditant, *vſque ad fin. annotationis*, poſſent ſuppeditare,

Eod. cap. in illud. Hominibus bonæ voluntatis, *pag.* 164. *deleatur ab illis verbis*, hoc eò partim admonui, *vſque ad vltima verba annotat.* tendunt ad ſuperſtitionem.

Eod. cap. in illud, Adaperiens vuluam, *pag.* 165. *deleatur ab illis verbis*, Atque idem quiſquis fuit, *vſque ad finem annotationis, ibi*, clauſtrum non violauit. *Deleantur etiã duæ gloſſæ marginales, quarum altera ait*, Adaperiens vuluam ad Chriſtum pertinere: *altera*, Quomodo Chriſtus matris aperuit vterum,

Eod. cap. in illud, Et tuam ipſius animam, *pag.* 166. *paulò poſt medium, deleatur ab illis verbis*, atque hinc hauſiſſe videtur Auguſtinus, *vſque ad finẽ annotationis, ibi*, tantò minùs erat tribuendum.

Deleantur etiam duæ gloſſæ marginales, quarum altera incipit, Auguſtinus videtur tribuere, *vſque*, dubitationẽ: *altera* Chryſoſtomus quoque tribuit, *vſque*, humanum.

Cap. 3. *in illud*, Calumniam faciatis, *pag.* 171. *deleatur ab illis verbis*, mihi non admodùm probatur, *vſque in finẽ annotationis, ibi*, ſed de hiſce rebus alius dabitur locus.

Cap. 7. *in illud*, Solicitè, *pag.* 180. *poſt medium, deleat. ab illis verbis*, benignè largitur, *vſq; ad*, fraudatis etiã liberis.

Cap 10. *in illud*, Qui vos ſpernit me ſpernit, *pag.* 187. *deleatur ab illis verbis*, & hunc locum detorquemus,

vſque ad,ſcio tamen etiam malis,*excluſiuè*.

Cap. 11. *in illud,* Qui decimatis, *pag.* 192. *deleatur ab illis verbis,* & haud ſcio an hic Chriſti ſermo,*vſque ad*,non nunquam cognatis, aut etiam liberis. *Et paulò poſt eadem pag. in illo,* non tangitis ſarcinas, *deleatur ab illis verbis,*hic locus ad eos pertinet qui conſtitutionibus, *vſque ad*, eorum qui inſtituunt.

*Cap.*22.*in illud,* Sed nunc qui habet ſacculum,*pag.*209. *deleatur ab illis verbis*, in nugis leuiſſimis, *vſque ad illa verba paulò ante fin. annotat.* Atque hæc pro diſputatis haberi volumus, non pro decretis.

In Ioannem.

*Cap.*1.*in illud,*Ego neſciebã,*pag.*230.*lin.* 24.*deleãt.illa verba,*qui vetat aliquo modo baptiſmũ hominis vocari.

Lin. 31.*deleatur ab illis verbis.* Baptiſmus dici poteſt hominis, *vſque ad*, ſermonem ſuum eſſe ſuum.

*Eod.cap.& loco,pag.*231.*deleatur ab illis verb.* Porrò quod Ioannes exultans in vtero, *vſque ad finem annotationis, ibi,* ſi quid rectius ſuggeſſerit Chriſti ſpiritus.

*Cap.*13.*prope finem,in illud,* Adhuc modicum,*pag.*256.*deleat.ab illis verb.*nõ dixit,ſi hoc,aut illa titulo vocemini,*vſque ad*,ſicut ego dilexi vos. *Eod.* loco,*en fine eiuſdem annatationis,deleantur illa verba,*Ob titulum & cæremonias neſcio quas Chriſtiani nobis videmur.

*Cap.*17. *in illud,* Te ſolum verum Deum, *pag.*262. *deleatur ab illis verbis.* Verùm ante myſterium paſſionis, *vſque ad fin. annotat. ibi,* cum impijs permiſerint.

*Cap.*20.*in illud,*Dixit ergo eis iterũ, pax vobis, *pag.* 267. *deleatur ab illis verbis*, qui profitentur Euangelium

pacis,

pacis, *vſque ad fin. annotationis, ibi*, per quem ille tribuit autoritatem.

Cap. 21 *in illud*, Si eum volo manere, *non longè à principio annotationis, pag.* 269. *deleatur ab illis verbis*, vir ille quidem, *vſque ad*, poſtulat vt ſibi credamus.

Eod. cap. & loco, prope finem eiuſdem annotationis, pag. 270. *deleat. ab illis verb.* tale ſanctorum genus gignit nobis linum & lana, corium, *vſque ad*, excitet Dñs ſpiritum ſuum. *Ibidẽ deleatur annotatiuncula marginalis, quæ ait* Sancti quos gignunt cæremoniæ ſine ſpiritu.

Eodem cap. in illud, Donec veniam, *lin.* 1. *annotationis in illis verb.* fallit, vt ita loquar, Chriſtus, *deleatur verbũ*, fallit.

In Acta Apoſtolorum.

Cap. 17. *in illud*, In quibus & Dionyſi⁹, *deleat. tota annotat. cuius initium eſt*, Laurentius hoc loco refellit, *vſque ad*, Verùm hæc, ceu παρέργα, paucis indicaſſe ſat erit.

Cap. 19, *in illud*, In ſchola tyranni cuiuſdam, *pag.* 315. *lin.* 1. *deleatur ab illis verbis*, qui nec hæreticos vult cogi, *vſque in fin. annot.* ipſi non poſſunt errare.

Eod. cap. & pag. in illud, Cõfitentes & annunciantes act⁹ ſuos, *deleatur ab illis verb.* ſed apertam vt opinor, & in genere, *vſque ad*, ſi quis ſcriptulus vrgeret animum.

In Epiſtolam ad Romanos.

Cap. 5. *in illud*, Propterea, ſicut per vnum hominem, *prope finem annotationis pag:* 366. *lin.* 32. *deleatur ab illis verbis*, nos item quoniam illum ſequentes, *vſque ad*, in omnes dimanauit.

Eodem capite & pag. in illud, In quo omnes peccauerunt,

runt, *deleatur tota annotatio ab illis verbis*, in quo, quidam referunt ad Adam, *vſque ad*, in theatrum populare proferunt.

Eod.cap.in illud, in ſimilitudinem, *pag.373. deleatur ab illis verbis*, illud addendum, *vſque in finem, ibi*, nullius ſententiæ præiudicium.

In principio capitis.7.in illud, Lex in homine dominatur, *deleatur ab illis verbis*, neque eſt quod ex hoc loco magno perè ratiocinemur, *vſque ad finem, ibi*, quod vterque non expectatus adeſt.

Cap.9. ad illa verba, Qui eſt ſuper omnia Deus, *deleatur tota annotatio, cuius initium eſt*, locus hic trifariam, *vſq; ad vltima verb.* quemadmodum ex patribus homo.

Eod.cap.in illa verba, Et non miſericordiam conſecutam eſt, *prope finem annotationis, pag.397. ibi*, Paulus per ſimilitudinem detorſit ad gentes, *deleatur verbum*, detorſit, *& ponatur*, deduxit.

Cap.14.paulò poſt principium, in illud, Aſſumite, *deleatur ab illis verbis*, at hodie videmus inter Chriſtianos, *vſque ad finem annotationis, ibi*, liuore, & amore noſtri.

Eodem cap. pag.422. in illud, Nam alius iudicat, *deleantur illa verba*, at pudet me commenti. *Et parùm infra, deleatur ab illis verbis*, quæſo te, lector, *vſque ad*, cùm hæc adſcribit.

Ibidem, lin.38. eiuſdem paginæ, deleatur ab illis verbis, Sed eos perpaucos, nempè diem Dominicum, *vſque ad finem annotationis, ibi*, eadem antiquare.

Cap.15. in illud, Quod præteriens, *pag.432. deleatur ab illis verbis*, Video veteres in his quæ non videbantur, *vſque ad*, ſed vtinam.

Eod.

Digitized by Google

Eod.cap. in illud, Collationem;*deleatur ab illis verbis*, At hodie nulli magis tyrannicè, *vſque in fin. annotationis, ibi,* doctrinam euangelicam.

In 1. *Epiſtola ad Corinthios.*

*Cap.*3.*in illud,* Vnũ ſunt,*propè finem,pag.*445.*lin.vlt.deleatur ab illis verbis,* quid diceret de noſtræ tẽpeſtatis factionibus, *vſque ad*, non libet hic commemorare.

Eod. cap. in illud, Fœnum & ſtipulam,*pag.* 446. *deleatur ab illis verbis*, neque admodum ad rem pertinet hûc purgatorij mentionem, *vſque ad illa verba, pag.* 447. Theophylactus de gradibus bonorum.

Cap. 7. *in illud,* Mulierem non tangere, *ibi,* ſtudio torquet, *deleatur verbum,*torquet. *Deleatur & gloſſa marginalis, quæ ait*, Hieronymus detorquet nonnihil verba ſcripturarum.

Eod. cap. & loco,pag. 460. *prope fin. deleatur ab illis verbis,* Aetate Pauli cum inter innumeros ethnicos,*vſque in finem annotationis, ibi,* non videtur propriè facere,

Deleatur etiam gloſſa marginalis, quæ ait, Secerdotum incontinentia.

Eod.cap.in illud, Volo autem omnes eſſe ſicut meipſum *deleatur ab illis verbis.* Vel ex hoc loco conijcere licet, *vſque in finem annotationis, ibi,* facit mentionem.

Eod.cap.in illa verba, Liberata eſt à lege: cui autem vult nubat,*pag.*467. *deleatur tota annotatio,cuius initium eſt*, Græca paulò ſecùs habent,*vſque ad illa verba,pag.* 481. hæc certa via fiet, ne tàm multi miſerabilibus nexibus implicentur.

Cap. 8. *in illud*, Eſca autem nos non commendat Deo,

deleatur

Digitized by Google

deleatur ab illis verbis, quòd ſi verè dixit Paulus, *vſque ad*, vt penè nulla ex re magis iudicemur.

Cap.9. in illud, Et qui loquitur mihi, *deleatur ab illis verbis*, Pluſquàm barbaricè ſcriptum in commentarijs, *vſque in fin. annotationis.*

Cap. 10. in illa verb. Et panis quem frãgimus, *deleat. ab illis verbis*, cur non offenduntur hoc loco, *vſque ad*, non ſemper fieret conſecratio ſacramentalis.

Capite 11. in principio, in illud, Imitatores mei eſtote, *deleatur ab illis verbis*, nunc quidam ſuo arbitratu viuentes, *vſque in fin. antotat. ibi*, imitatores noſtri.

Eodem capite, in illud, Hoc eſt corpus meũ, *deleat. tota annotatio ab illis verbis*, hoc meũ corpus abſque verbo ſubſtantiuo eſt, *vſque ad illud*, verùm hìc captiuandus.

Eodem capite in illud, Quod pro vobis tradetur, *paulò poſt princ. annot. pag. 493. deleat. ab illis verb.* poſtremò, non ſatis conſtat ex veterum commentarijs, *vſque ad illa verba prope fin. annot.* Attamen admonere lectorem viſum eſt, quò diligentiùs excutiat.

Cap. 12. in illa verba, nemo poteſt dicere Dominus Ieſus, *pag. 495. deleatur ab illis verbis*, ex hoc capite, & proximo licet conijcere, *vſque in finem annotationis, ibi*, niſi adſit animus apoſtolicus.

Cap. 13. in illud, Charitatem non habeam, *pag. 499. deleatur ab illis verbis*, quanquàm vera fides multa complectatur, *vſque ad*, illud opinor nullus inficiabitur.

Ibidem, pag. 500. lin. 19. deleatur ab illis verbis, Opera charitatis fide tribuenda ſunt, *vſque ad*, cæterùm, vt hæc parum habeant ponderis.

Cap. 14. pag. 508. in illa verba, Quàm decem milia, *deleatur*

ab illis

Digitized by Google

ab illis verbis, ferendũ & hoc: niſi vulgus ſacerdotum, & monachor. *vſque ad*, poterant, ac muſicis organis ſacrum decantent.

Et paulò poſt lin.29. eiuſdem paginæ, deleantur illa verba, Immò quæ nullo pacto laturus fuerat.

In.2. epiſtola ad Corinthios.

Cap 7. in illud, Stabilem, *deleatur ab illis verbis*, proindè nihil agere qui ex hoc loco, *vſque in finem annotationis*, quales ſunt apud inferos.

Cap.10. in illud, Non in deſtructionem, *deleatur ab illis ver.* Hic locus annotandus eſt ijs, qui ſummi Pontif. autoritatem, *vſque* non fore ius illi reſiſtendi.

Cap.11. in illud, Alium Ieſum, *deleatur ab illis verb.* Illud obiter annotandum, *vſque in finem annotationis, ibi*, fuerit puriſſimus.

In epiſtola ad Galatas.

Cap. 4. in illud, Sub elementis mundi eramus ſeruiẽtes, *deleantur illa verba in fine annotationis*, in huiuſmodi ſita eſt ſuperſtitio cęremoniarum? *vſque ad*, ne contrecteris.

In epiſtola ad Ephesios.

Cap.1. in illud, Euangelij ſalutis, *deleatur ab illis verbis*, quaſi cæteri nihil veri, *vſque ad*, aliquid docent.

Cap.5. in illud, In quo eſt luxuria, *deleantur illa verba*, impu dens mihi videtur quod Thomas extorquere conatur. *Et paulò poſt deleatur ab illis verb.* Non ſector Thomam, *vſque in finem annotationis, ibi*, in huiuſmodi ſcriptoribus conſumpſerim.

In epiſtola ad Philippenſes.

Capite

Digitized by Google

Capite.2.in illud, Eſſe ſe æqualem Deo,*pagina.623.ad medium,deleatur ab illis verb.*atque hanc præcipuã habent clauam,*vſque ad,*neque tamen inficias iuerim.

In epiſtola ad Coloßenſes.

*Cap.2.in illud,*Iudicet in cibo aut potu,*pag.639.deleantur illa verba.*Quid adhæc dicent iſti,qui nulla ex re magis iudicant proximum, quàm ex cibo,& potu, & veſte?

*Eodem cap.pa.642.in illud,*Ne guſtaueritis,*deleatur ab illis verb.*& vtinam his quoque temporibus, *vſque ad,* Non igitur ſic accipiendum.

Eodem cap.& pag. in illud, Rationem quidem habentia ſapientiæ,*deleatur ab illis verbis*, quæ neque in ſuperſtitione,*vſque ad*, Honorem autem corporis hîc appellat.

Eodem cap.in illud, In ſuperſtitione,*deleantur vltima verba annotationis,*idqúe probè quadrat in inuentas ab homunculis cæremonias.

*Eodem cap.in illud,*Et humilitate,*deleãtur illa verba,*& abiecti eſt animi,vt patiatur ſeſe, veluti bubalum duci naribus præceptis hominum.

In.1.epiſtola ad Theſſalonicenſes.

*Cap.4.in illud,*Vt veſtrum negotium agatis,*pag.653. deleatur ab illis verbis,*Nunc hoc hominum genus,*vſque ad,* & calceos feneſtratos oſtentantes,*incluſiuè.*

In.1.epiſtola ad Timotheum.

*Cap.1.in illud,*Interminatis,*pa. 662.deleatur ab illis verbis,* atque in totum ex veteris teſtamenti libris, *vſque ad,* vt nulla gens inſaniùs.

*Eodem cap.& pag.in illud,*Vaniloquium, *deleatur ab illis verbis,*

Digitized by Google

quorſum enim attinet decertare *, vſque ad illa verba prope finem annotationis, & pag.* 664. niſi inter eiuſdem ſcholæ ſodales.

Eod. cap. in illud, Soli Deo *, pag.* 667*. deleatur ab illis verb.* verùm id rarum eſt in literis Apoſtolicis, *vſque ad*, & Matthæi cap. 10.

Cap. 3. in illud, Vnius vxoris virum *, deleatur ab illis verbis,* & periclitatur Chryſoſtomus, *vſque ad*, *vltima verba annotationis,* verùm hæc non ſunt huius inſtituti.

Cap. 5. in illud, Non alligabis os, *deleatur ab illis verbis*, annotandus hic locus, *vſque ad,* explere ſcrinia ſanguine pauperum.

In epiſtola ad Titum.

Cap. 5. in illud, Continentum, *in fine annotationis*, *& pag.* 695. *deleantur illa verba,* adeò, vt, ſi pergatur, nihil magis ſit futurum hæreticum, quàm ſi quis Chriſtum ingenuè, pureque prædicet.

Eodem cap. in illud, Quos oportet redargui, *in fine annotationis, deleatur illud,* hic obiter annotandum, ſemper quæſtus notari qui vrgẽt, & infulciũt cæremonias.

Cap. 2. in illud, Vt prudentiam doceant, *deleatur illud,* ſuo more torquens, *vſque,* neque ſine calumnia.

Eodem cap. in illud, Magni Dei, *deleatur tota annotatio, cuius initium eſt,* Id ita legi poteſt.

In epiſtola ad Hebræos.

Cap. 11. in illud, Sperandarum ſubſtantia, *deleatur ab illis verbis,* hîc quidã argutãtur, *vſque ad*, gloſſema quoddam vetuſtum. *Deleatur & gloſſa marginalis, quæ ait,* fides pro fiducia.

Eodem cap. in illud, Et adorauit faſtigium virgę illius, *delean-*

deleantur illa verba in principio annotationis, quid faciemus autori(quiſquis eſt)huius epiſtolæ?

Eodem loco,deleatur ab illis verb. In tantùm eo tempore abhorrebant,*vſque ad*,offenſiua piarum aurium.

Cap.vltimo,eiuſdē epiſtolæ,deleatur annotatio vltima in illud, De Italia fratres,*cuius initium eſt*, Neque fratres eſt apud Græcos, *vſque ad vltima verba*, ex re nihili tantos excitauit tumultus.

In epiſtola Iacobi.

Cap.vltimo,in illud,Et operit,*deleatur vltimā annotatio ab illis verbis,paginæ* 744. De hac item epiſtola tametſi, *vſque ad vltima verba capitis.*

In.1.epiſtola Petri.

Cap.5.in illud,Babylone collecta,*pagina.*757. *deleatur ab illis verbis*, Verùm idem Euſebius, *vſque ad finē capitis.*

In.2.epiſtola Petri.

Cap.vlt.vltima annotatione,in fine deleatur ab illis verbis, Alioqui,ſuſpicari cogemur,*uſque in finem*:

In epiſtola Ioannis,1.

Cap.5.in illud, Tres ſunt qui teſtimonium dát in cælo, *pag.*768.*deleatur ab illis verbis*, Cyrillus vir, ni fallor,orthodoxus,*uſque ad fin.annotationis.*

In Apocalypſin.

Cap.12.in illud,Et clamabat parturiēs, *deleatur ab illis uerbis*,Iam,quàm aptè hæc conueniant,*uſque in finem annotationis*,mortuus eſt filius.

Cap.vlt.deleatur vltima annotatio in illud,Etiam venio citò, *cuius*

Digitized by Google

cuius initium eſt, Næ, eſt confirmantis, *vſque in finem capitis*, à nemine iudicatur.

Tomo ſeptimo.

Ex Paraphraſibus in nouum teſtamentum.

Epiſtola ad Carolum quintum Cæſarem, poſt principium, lin. 13. *deleantur illa verba*: niſi eas, quæ citra controuerſiã omnem. *Deleatur etiam præfatio inſcripta, Pio lectori, cuius initium eſt*. Memini, lector optime.

Cap. 1. *pag.* 1 *paulò poſt medium, deleantur illa verba*, Neque per Moſaycæ legis anxiam obſeruationem.

Eodem cap. ante illa verba, Liber generationis, *pag.* 2. *lin.* 4. *deleatur ab illis verbis*, tantùm adſit viuida fides, *vſque ad*, dictabit Chriſtiana charitas.

Cap. 3. *pag.* 13. *poſt illud*, Tunc venit Ieſus à Galilæa, *ad medium paginæ, deleatur ab illis verbis*, Ioannes nondum planè certus, *vſque ad*, eſſet filius Dei. *Propè finem eiuſdem paginæ, deleãtur illa verba*, veluti depoſita peccatorum ſarcina.

Cap. 5. *pag.* 27. *vltra medium paginæ, poſt illud*, Dictum eſt, quicunque dimiſerit vxorem, *deleantur illa verba*, iam enim vxor eſſe deſijt quæ ſe miſcujt alteri viro.

Eod. cap. pag. 26. *lin.* 1. *in paraphraſi ad illum locũ*, Audiſtis quia dictum eſt antiquis, *deleantur illa verba*, prorſus damnat omne iuſiurandũ: vt iam fas non ſit iurare.

Eadem pag. lin. 14. *deleatur ab illis verbis*, Neque opus eſt in contractibus, *vſque ad*, iuſiurandum intercesſiſſet. *Ead. pag. lin.* 21. *deleantur illa verba*. Itaque cùm in totum vetem iurare.

Pag.27.lin.2. in illud, Diliges proximum tuum, *deleantur illæ duæ voces*, præceptum præcipuum.

Cap.7.pag.36.in illud, Nunquid colligunt de ſpinis vuas, *lin.13. deleatur ab illis verbis*, neque recipietis in regnū cælorum, *vſque ad*, non vt illos lædatis.

In fin. eiuſdem capitis, pag.37. deleantur illa verba, Lex nihil aliud vetat, quàm occidere.

Cap.8.pag.40. lin.8. in illud, Et aſcendente eo in nauiculam, *deleantur illa verba*, Siquidem adhûc hominem tantùm eſſe credebant.

Cap.12. pag.55. paulò poſt mediū, ad illa verba, Dn̄s enim eſt filius hominis, *lin.31. deleantur illa*, ieiunium feſti dies.

Cap.13. circa finem capitis, in illa verba, Et cùm conſummaſſe, *pag.84. lin.16. deleatur illud*, cuius artis ſciebant & Ieſum fuiſſe. *Et paulò poſt, lin.18. ibi*, nonne hic eſt Ieſus ille faber, *deleatur*, ille faber.

Cap 15. pag.68. ad finem, deleantur illa verba, ſuſpecta, neque in iſtis rebꝰ viſibilibꝰ ſita eſt: ſed in affectibus animi.

Cap.16. pag.72. lin.19. deleantur illa verba, tantùm maneat iſta ſolida profeſſio.

Cap.18. pag.78. lin.21. deleatur ab illis verbis, Vis igitur veſtræ autoritatis, *vſque ad*, ſed in meo nomine.

Cap.19. pag.80. in illud, Si licet homini dimittere vxorē. *lin.14. deleatur ab illis verbis*, niſi fortè quem repudiat, *vſque ad*, eſſe voluit. *Eadem pagina, prope finem deleat.* quique ſuis fidit viribus. *Eodem cap. pag. 81. in illud*, Ecce unus accedens, *lin.20. deleat. ab illis verb.* neque vllum eſt opus hominis, *vſque ad*, æternæ vitæ.

Cap. 21. pag. 86. circa finem, deleatur ab illis verbis, Nihil enim populis, *vſque ad*, ſubire mortem. *Et paulò inferius*

Digitized by Google

riùs, deleatur ab illis verbis, neque enim illum tantoperè monebat, *vſque ad*, figurabat.

Pag.87.*lin*.15. *deleantur illæ duæ voces*, Naturæ inſtinctu. *Lin*.25.*deleantur illa verba*, quòd ſpe deluſus eſſet.

Cap.22. *prope finem, pag*.92. *lin*.9. *deleantur illa verba*, obſcurè quidem, & per ænigma.

Cap.27.*pag*.109.*lin*.10. *deleatur*, Totam eam regionem.

Prope finem eiuſdem pag. deleantur illa verba, Ac cæteris quidem digreſſis.

In Marcum.

Epiſtola ad Franciſcum, Gallorum Regem, paulò poſt principium, pag.115. *deleatur ab illis verbis*, Sunt qui Romano Pontifici, *vſque ad*, & interim execramur ac deuouemus Turcas.

Eadem epiſtola, & pag. lin. 14. *deleatur ab illis verbis*, Tàm indecorum eſt euangelicum Regem, *vſque ad*, ne quid dicam inhoneſtius.

Cap. 1. in medio, ibi, In Alex III Pont. Rom. ſed vi, & armis, ne dicã tyrãnide, *dele. illud,* ne dicam tyrannide.

Cap. 4. Totum expungatur.

Cap. 5. verſus finem deleantur illa verba. Porrò ex iam dictis ſatis colligi poteſt, non omninò alienum à vero eſſe, *&c. vſque ad finem capitũ.*

Cap. 10. initio, deleantur illa verba, Quam poteſtatem à Chriſto accepit, necne, *vſq; ad illa verba, quæ ſunt ad mediũ capitis,* & magnitudine ſua nũc laborare videatur.

Cap. 11. aliquãtùm poſt mediũ, deleãtur illa verba, Reges præterea, ac Imperatores, non adfuiſſe tantùm ſynodo, ſed & præfuiſſe legimus, *&c. vſque ad finẽ totius capitis.*

Cap. 21. vbicunque toto hoc capite monachorum familiæ vocantur Sectæ, *deleatur illa vox,* Sectæ.

Cap. 24. ad med. deleantur illa verba: Quod genus monialium vetus (vt exiſtimo) non nouit eccleſia.

Libro. 2.

Cap 4. ad medium, deleantur illa verba: Sed puto maiores noſtros ſatis aduertiſſe, nihil eccleſiæ exitialius, peſtilentiuſque eſſe, quàm miniſtrorum eius nimiam opulentiam, *&c. vſque ad illud. 12. poſt linea,* & calamitatum exiliiſſe videatur.

Libro. 5.

Cap. 11. aliquantùm poſt medium, deleantur illa verba, Atque hinc facilè apparet, ſimul cũ nomine mutatũ hominem, *&c. vſque ad illa verba,* aliis rebus pietatem colas. *Et poſt paginem fermè, deleantur rurſus illa verba.*

Idq; cùm cõſidero in mentem mihi venit quod Liuius, *&c. vſq; ad illa verba*, aliquid immixtũ violemus.

Cap.12. ad finem, vbi de monaſtica vita agit, deleantur duæ dictiones, Sectæ, *&* Sectarum.

Libro. 6.

Cap. 3. poſt princip. deleantur illa verba, Nec ſatis perſpicio, vt ſe excuſare poſsint hoc modo promoti à Pontifice, *&c. vſque ad illa verba poſt. 20. lineas*, Nihilominùs obſeruentur.

Cap. 4. poſtremis verbis primi. §. delatur illa parentheſis (nam luxum dicere non auſim)

Libro. 7.

Capite. 6. in fine, deleantur illa verba, Hoc autem genus expiſcandæ pecuniæ, *&c. vſque ad finem capitis.*

Caput decimum, vbi de immunitate cleri agit, totum auferatur.

Libro. 8.

Capite. 4. ad finem deleantur illa verba, Hinc fit, vt captores beneficiorum Romam certatim curſitent, *&c. vſque ad illud*, modo is numeret, denegari conſueuit.

FRANCISCUS.
Poligranus.

Ex Franciſci Polygrani aſſertionibus quorundam eccleſiæ dogmatum.

Fol. 68. pag. 2. (in excuſsis Coloniæ Agrippinæ apud Ioannem Birchmannum, anno. 1571.) deleatur ab illis verbis, Quibus ita diſcuſsis, *vſque ad*, id prorſus denegans.

Eodem

Digitized by Google

Eodem fol. & pag. deleatur gloſſa marginalis, quæ ait, De iure diuino quilibet ſacerdos poſſet dare indulgentias.

GAUDENTIUS Merula.

Ex Gaudentij Merulæ libro memorabilium.

Lib. 3. cap. 61. deleantur illa verba. Serpens cauernam ſubiens, *vſque ad,* ſi bis, redit ad vitam, *incluſiuè.*

Lib. 4. cap. 9. ad medium, deleantur illa verba: Donec epiſcopi Romani pauperes erant, *&c. vſque ad,* quàm bella, & voluptates corporis.

Eod. lib. cap. 50. in princ. deleantur illa verba, Si quis poſt generationem Lunæ, *vſque ad,* non afficietur dolore dentium, *incluſiuè.*

Lib. 5. cap. 11. cuius initium eſt, Quanquàm Romani Imperatores, & odio armati, *&c. deleatur totum caput, cum annotatione marginali ad illud.*

Epiſtolæ vltimæ, quæ eſt in fine libri, & incipit, Quia imaginibus, *deleantur poſtrema verba: nimirùm,* Extra hoc reliquum arbitratus anathema.

GENEBRARDUS.

Ex Genebrardi Chronographia.

Pag. 406. vbi numerantur Theologi catholici, expungatur nomen Huldrichi Hutteni, equitis Germani.

Pag. 551. Caput vndecimũ expungatur, in quo continetur, Liber de legibus Regum, & præliorum, ex Deuteronomio Rabbi Moſis.

Totus liber, Eldad Danai, de Iudæis clauſis, *qui incipit, pag. 545. expungatur.*

GEORGIUS Purbachius.

Ex Georgij Purbachij theoricis nouis planetarum, cum ſcholijs Eraſmi Reinholdi.

Poſt libri titulum ſequenti pag. deleatur epigramma Philippi Melanchthonis.

Deleantur etiam initio operis duæ epiſtolæ dedicatoriæ: altera ipſius Eraſmi Reinholdi ad Albertum Marchionem Brandenburgenſem: *altera*, Philippi Melanchthonis ad Simonem Grynæum.

Fol.19. in fin. theoricæ ſolis, deleantur illa verba: Curauit autem Gaſpar Peucerus, vt hæc poſtrema pars in corrupta ederetur.

GUILIELMUS Budæus.

Ex Guilielmi Budæi libro de aſſe, & partibus eius, impreſs. ſub prælo Aſcenſia. anno. 1531.

Lib.1. fol.9. pag.1. lin. 32. deleatur ab illis verbis, Animam ſcilicet rationalem, quæ cùm aliud ſit à corpore, nec ſit corporis forma, *vſque ad*, vt nauem nauta.

Lib.5. fol.171. pag.1. lin.10. deleatur: Hi ſunt ſacerdotes.

Eod. fol. pag.2. lin.16. deleantur hæc verba, Vt in caſtris ſacroſanctis plerunque nihil rectè, atque ex ordine, conſtitutum eſſe videatur.

Ead pag. lin.39. deleatur ab illis verbis, Non'ne tu ſimul, vt vniuersũ cleri noſtri, *vſq; ad*, quod quidẽ in ipſis eſt.

Fol.172. pag.1. lin.21. deleatur ab illis verbis, Quòd ſi cæteri hominum

Digitized by Google

hominum ordines, *vſque ad*, in animum inducerent. *Et parùm infrà, linea. 24. deleatur*, Quid iſtis tandem fieret, *vſque ad*, omnia naſci videmus.

Pag. 2. eiuſdem fol. lin. 26. deleatur: In inſtrumentum lautum epiſcopij, in veſtem ſtragulam.

Ead. pag. lin. 39. deleatur, Queîs omninò decebat, *vſque ad*, ſatis cautum eſſe mirum eſt. *Deleatur etiam ibi gloſſa, quæ ait*: In luxum Pontificalem.

Fol. 173. pag. 1. lin. 7. deleatur, Vt libidini, & voluptati ſacerdotali ſeruirent.

Fol. 175. pag. 2. lin. 16. deleantur illa verba, Vt collapſa eccleſiæ maieſtate: ipſa iam Dei ſponſa, velut fidei coniugalis oblita, non modò à ſponſo diuertiſſe, ſed etiã m nullo pudoris reſpectu, per triuia, per plateas euagari licenter videretur.

Lin. 29. deleãtur illa verba, Vt alter vir ingenioſior, quàm religioſior, *vſque ad*, conſentaneũ eſt vtique. *Deleatur etiã gloſſa marginalis, quæ ait*: In bellatores Pontifices.

Folio. 176. pagina. 1. linea. 6. deleatur ab illis verbis, Hinc ſenatus ſtultitiæ, *vſque ad*, indeuotos concitaret.

Ead. pag. deleatur gloß. marg. quæ ait: Hîc ſignificari vidẽtur duo Cõcilia, Romanũ, & Piſanum, ſtudio magis cupiditatis, & vindictæ, quàm charitatis, indicta,

Fol. 177. pag. 1. lin. 8. deleatur ab illis verbis, Quàm ridiculos *vſque ad*, Optimos Maximos ſe appellari geſtiunt.

Pag. 2. eiuſdẽ fol. lin. 6. deleat. ab illis verb. Quid aliud, quàm Chriſtũ, intelligimus, *vſque ad*, vel animi principatu.

Lin. 15. deleantur hæc verba, A quibus nunc res ſumma, vel eccleſiæ, vel animæ, magna ex parte regitur.

Lin. 21. deleatur, Ob fractã à clero huius ætatis teſſeram.

Lin. 30. *deleatur ab illis verbis*, Non Pontificum iuriſdictionem, *vſque ad*, miniſterium ei ſubſeruiebat.

Ead. pag. deleatur gloſſ. quæ ait, Seſſio, vocabulum eſt adluſionem habens ad concilia huius ætatis, ſpecioſiora ſcilicet, quâm religioſiora.

Item deleatur alia, quæ ait: Formularum aucupia, reſcripta cancellariæ Romanę hîc ſignificari putem.

Item alia, quæ ait: Teſſeræ vænales ſunt ſyngrapha indulgentiarum.

*Fol.*178.*lin*.26.*pag*.1. *deleatur*, Anginarium pyrũ vorauit.

Deleatur etiam ibidem gloſſ. quæ ait, Anginarium pyrum hîc ſignificari, *vſque ad*, cum certa ſpe potiundi.

Deleatur etiam alia gloſſ. quæ ait, Taxantur fortaſſe Pontificij iuris libri, *vſque ad*, & Clementinus.

Deleatur etiã alia gloſſ. eiuſdẽ pag. quæ incipit, Calix erroris hîc ſignificari putẽ, *vſque ad*, vſq; ad perſequendarũ.

Item alia, quæ ait, In prauos Chriſti aſſeclas epiſcopos.

Lin. 34. *eiuſd. pag. deleat. ab illis verbis*, Optimorum reddituum, *vſque ad*, quadam tempeſtate maiore.

Fol. 179. *lin*. 13. *deleatur*, Per Pontificum inſcitiam, incuriamque.

Eod. fol. pag.2.*lin*.34.*deleantur hæc*: Magis mirandum eſt, totum eum librũ ab ignaro interprete verſum eſſe.

Et parùm infra lin. 37. *deleatur ab illis verbis*, Ignorantiæ autem, *vſque ad*, non ferendæ.

Lin. 42. *eiuſdem pag. deleatur ab illis verbis*, In ea autem editione, *vſque ad*, ſacroſanctam eſſe contendunt.

Deleatur & gloſſ. ibid. quæ ait: Interpretis libri Sapientiæ errata. *Et eadem verba deleantur ex indice, litera*. S. *verbo*, Sapientiæ libri interpretis errata.

*Fol.*180.

Fol. 180. *pag.* 1. *lin.* 2. *deleatur ab illis verbis*, Quis autem non percipit, interpretem, *vſque ad*, ita legunt.

*Ead.pag.lin.*20.*deleatur*: Verſum eſt ignorantia linguæ,

Lin. 31. *eiuſdem pag.deleatur*: Qui locus itidem oſcitanter ab interprete tranſactus eſt.

H

HADRIANVS Iunius.

Ex Hadriani Iunij medici ſcriptis.

Animaduerſorum libri ſex, *& ijs adiunctus* liber, *de* Coma, *permittuntur.*

Item permittuntur, Emblemata.

Ex Dictionario Græco *eiuſdem expungatur*, Epiſtola dedicatoria.

Item Verſiones Heſychij Illuſtrij, & Eunapij, *eiuſd. Hadriani opera perfecta, & in lucem edita, permittuntur.*

In eiuſd. Nomenclatore, *titulo de re nauali, poſt med. in dictione* Mala lignea, *deleantur illa poſtrema verba*, quas indoctum vulgus digitis verſat.

In eod. lib. *titulo de Deo, & ſpiritibus, ante fi. deleāt. dictiones*, Dij, *vel* Diui maiorum Gentium, *&* Dij, *vel* Diui minorum Gentium, *cum earum explicationibus. Deinde in dictione* Dæmones genij, *deleantur illa verba*, quæ multorum adhûc animis opinio inſedit. *Et paucis interiectis, deleatur illud*, quos vulgò vocant.

Titulo, Dignitatum, & muniorum ſacrorum, ante finem, in voce Agyrta, *deleantur illa verba*, Circulator dici poteſt, qui, *&c. vſque ad finem explicationis eius vocis.*

HENRI-

Digitized by Google

Index

HENRICUS Stephanus.

Ex Henrici Stephani ſcriptis.

Theſaurus linguæ Græcæ, *permittitur.*

Dictionarium hiſtoricum, & poeticum, *tametſi hoc opus Carolo Stephano potiùs tribui debet, permittitur.*

Ex Apologia Henrici Stephani pro Herodoto, *ipſis Herodoti libris præpoſita, deleantur quæ de Romanis dicit.*

Annotationes in Herodotum, *& adiuncta Herodoto* Tranſlationes fragmentorum de Cteſiæ, Perſicis, & Indicis hiſtorijs, *permittuntur.*

Item eiuſd. Obſeruationes in Odos Anacreontis, *permit.*

Item eiuſdem Prçfationes in fragmenta ex Cteſiæ, Agatharchidis, Memnonis hiſtorijs Græcis, *cum eiuſdem annotationibus, permittuntur.*

Item eiuſdem. De Latinitate falsò ſuſpecta, & Nizoliodidaſcalus, *permittitur.*

Prætereà permittuntur Annotationes eiuſdem in Hypotypoſes Pyrrhonianas Sexti philoſophi.

Permittitur etiam Theſaurus linguæ Latinæ, *quem Henrici pater Robertus Stephanus compoſuit.*

FRAY HIERONIMO Roman.

De fray Hieronymo Roman enel libro delas Republicas del mundo.

De la republica Hebrea lib. 1.

Bap. 1. *fol.* 3. *col.* 3 *lin.* 23. *donde dize,* Por q̄ no criò Dios, en quanto en ſi fue, *borrenſe aquellas palabras,* en quanto en ſi

en ſi fue.

*Cap.*14. *que comiença*, Las fieſtas y dias ſolemnes entre los Iudios, *quiteſe todo.*

*Cap.*15. *que comiença*, Hallo que mandò Dios en ſu pueblo, *quiteſe todo.*

Libro. 2.

*Cap.*3. *que comiença*, Teniá en ſus caſamiẽntos, *quiteſe todo.*

Cap. 4. *que comiença*, Los Hebreos en todas ſus coſas, *quiteſe todo.*

*Cap.*5. *fol.*50. *col.*3. *lin.*45. *Borrẽſe aquellas palabras*, Vẽgamos agora à tractar delos libros, que los Hebros tuuieron, *haſta fol.* 53. *col.* 1. *lin.* 6. *donde dize*, Gregorio Nazianzeno en ſu poëma, y Epiphanio en ſu epitome, y otros muchos, que no ſon tan antiguos.

*Cap.*13. *fol.*68. *col.*1. *lin.*3 *borrẽſe aquellas palabras*, Sino leá nueſtras hiſtorias de Eſpaña, y veran que eſtragos han ſido hechos en ellos, *haſta el fin del capitulo.*

Republica Chriſtiana, lib. 1.

*Cap.*14. *fol.* 105. *col.*2. *lin.*21. *borrenſe aquellas palabras*, Como ſi les fueſſe concedido de Dios hazerlo.

*Cap.*15. *fol.*105. *col.*3. *lin.*4. *borrenſe aquellas palabras*: Aſsi como en caſarſe los eccleſiaſticos, y celebrar in vtraque ſpecie, que es comulgar todo el pueblo en comun con la ſancta hoſtia y ſangre: que todo parece contencion y pleyto.

Lib. 4.

*Cap.*8. *fol.*204. *col* 2. *lin.*8. *donde dize*, Echãdo agua ſobre el baptizante, diga el que le baptiza, &c. *ha de dezir*, Echando

Echãdo agua ſobre el baptizado, diga el q̃ le baptiza: Yo te baptizo en el nõbre del padre, y del hijo, *&c.*

Cap.9.fol.205.col.1. al princip. borrẽſe aquellas palabras: tuuo origen en los apoſtoles, *haſta donde dize,* leemos, *&c.*

En el meſmo cap.fol.206. col.1. lin.11. borrenſe aquellas palabras: A todos dauan de la ſangre.

Capitulo.15. folio.216. columna.3 linea.12. donde dize, Por que entonces comulgauan ſub vtraque ſpecie, *ha de dezir,* comulgauan algunos ſub vtraque ſpecie.

Cap.16. fol.219 col.2. lin.28. borrenſe aquellas palabras, que dize, hablando de la reformacion en el clero: Que aunque nueuo no hara mal.

Lib. 5.

Capitulo.1. folio.225. col.3. lin.17. borrenſe aquellas palabras: Otro nombre han introduzido los nueſtros modernos, muy confiados de ſi meſmos, *haſta donde dize* El qual eſta diuidido en Eſpaña, Italia, Indias, con otras muchas iſlas.

En el meſmo capitulo, folio.224. columna.2. linea.11. borrenſe aquellas palab. El qual en alguna manera es recebido.

Capitulo. 18. folio. 260. columna. 2. linea. 34. borrenſe eſtas palabras, Porque tocò vn punto, que era ſubtiliſſimo y agudo, *haſta donde dize*, Fue eſte punto tan graue y arduo, que perturbo à la vniuerſal yglesia, y deſaſſoſſego à muchos varones ſanctos y doctos, por la nouedad del hecho.

En el miſmo cap. fol. 261. columna. 3. lin. 11. borrenſe aquellas palabras, Eſtos tuuieron, entre otros muchos errores, *haſta donde dize,* coſa vana y ridiculoſa, *que eſta en la linea. 18.*

Republica.

Digitized by Google

Republica Septentrional.

Cap.4.fol.351.col.4.lin.21.borrenſe aquellas palabras: Ni tãco por imitar la coſtumbre de la primitiua ygleſia.

Republica Gentilica

Lib. 1.

Cap. 1. fol. 2. col. 2. lin. 40. borrenſe aquellas palabras: Y aſsi tuuieron la idolatria por coſa natural. *Y mas abaxo en el meſmo capitulo, col. 3. lin. 20. ſe borren eſtas palabras:* Ay otra ſeñal notable para ſer natural la idolatria.

Capitulo quinto folio. 10. columna prima, borreſe todo el §. que trata de Priapo, el qual comiença, Otro Dios fue famoſo entre los Griegos, que fue Priapo, *y acaba,* Y aſsi hallamos otros deſatinos à eſte propoſito.

Lib. 2.

Cap. 3. fol. 35. col. 2. lin. vlt. borrenſe aquellas palabras, El aſno como vieſſe à Priapo, *haſta donde dize,* Por lo qual de alli adelante le aborreſcio.

Cap. 10. folio. 43. columna. 2. que comiença, Ya ſe dixo atras, como Bacho tuuo por hijo à Priapo, *quiteſe todo.*

Cap. 17. fol. 53. col 2. lin. 37. borrenſe eſtas palabras, Pero como aquello auia de ſer aſsi.

Enel meſmo capitulo fol. 54. col. 2. lin. 36. borrenſe eſtas palabras, Auia tãbiẽ eſte mes otra fieſta muy score gracioſa, *haſta donde dize,* Dexo de dezir otras coſas, que ſe hazian en la fieſta.

Libro. 3.

Capitulo. 11. fol. 76. columna. 1. lin. 15. borrenſe eſtas palabras: Y ſin dubda, ſino vſáran del repudio y diuorcio, fueran

ran de toto punto auidos por gente caſi Chiſtiana.
Cap.14.folio 80.*columna*.3. l*inea*.7*-borrenſe eſtas pa*l*abras:* Y deziã verdad,ſi ellos conocierã à Dios verdadero.

Libro. 7.

*Cap-5.fol..219.cõl.2.*l*in pen.borrenſe aquellas pa*l*abras:* Que no ſe yo que mas Chriſtianamente podiam biuir.
Enel meſmo cap.fol.221.col.1.lin.20. borrenſe eſtas palabras, Porque, como el ſer obiſpo propriamente ſea de Theologos, *haſta donde dize,* Mas para audiencias y carceles.
Cap.16.fol.245.col.1 lin.11. borrenſe eſtas palabras, Y por el contrario,no auiendo ſalud, ni el Rey, ni el Papa, ni el que mas puede, tiene ningun bien.

Libro. 8.

Cap.6.fol.263.col.2.lin.1.borrenſe eſtas palabras: Que ſolemos tener los frayles, que parece que nos queremos echar à nadar en ellas: aunque hartos ay que les hazen eſtar à raya.

Libro. 9.

Cap.10.fol.300.col.3.quiteſe todo el cap.que comiẽça, Yo ſe q̃ las mugeres q̃ ſon amigas de leer coſas nueuas.

Enla hiſtoria dela ordende. S.Auguſtin compueſta por el meſmo fray Hieronymo Roman.

Fol.343.donde pone el indice delas obras de S.Aug.enla col.1. *hazia el fin, borrenſe aquellas palabras,* Que ſea eſto verdad,aun en los originales ſagrados lo vemos,y dello tenemos teſtimonios, &c. *haſta donde dize enel principio dela*

Digitized by Google

pio dela tercera columna dela miſma foja, y el que lo tras ladò metio aquello en la margen en el miſmo texto.

IN. D. HIERONYMUM Annotationes.

Ex annotationibus Eraſmi Roterodami in opêra D. Hieronymi.

Tomo. 1.

Expungatur epiſtola prior Eraſmi ad Guilliclmum VVaramum, epiſcopum Cantuarienſ. *quæ epiſtola præſigitur in. 2. editione operum. D. Hieronymi.*

Expungatur præterea epiſtola nũcupatoria, Ad eundẽ Guillielmũ VVaramũ, Archiepiſcopũ Cantuarieñ. *quæ præfixa eſt ab Eraſmo in vtraq; editione operũ Hieronymi.*

In ſcholijs epiſ. ad Heliodorum, *cuius initium eſt*, Quanto amore, *&c. nu. 2. del. illa verb.* Proinde mihi videntur optimè conſulturi vitę chriſtianę, qui inſtituerint, vt adoleſcẽtibus ſolẽni ritu renouetur tota profeſſio baptiſmi, ac verbis apertis explicetur ſumma totius euangelicæ doctrinæ: ſed amabili quadã ſpecie, vt auxilium numinis vbiq; prę ſens, vt magnitudo prę miorũ efficiat, ne deterreantur à difficultate negotij,

Ibidem paulò inferiùs, nu. 3. deleantur illa verba, A veterum igitur ritu fluxerunt hæ cæremoniæ, quibus Chriſtiani in Baptiſmis vtimur.

In ſcholijs epiſt. ad Nepotianũ, *cuius initium eſt*, Petis à me Nepotiane, *&c. deleat. Antidoti prima pars, vſque ad. illa verba*, Et moderato diuitiarum vſu eſſent contenti.

In ſcholijs epiſt. Ad Ruſticum, *cuius initium eſt*, Nihil

Criſtiano

Digitized by Google

etiam ex eorum numero, qui videntur ſapere, ab extremis mundi finibus, ſummo ſumptu, ſummo vitæ diſcrimine, nonnunquàm & morum, ab ea currunt loca, *&c. vſque ad illa verba*, Loca ſancta contemnere videretur.

Ibidem nu. 5. deleantur illa verba, Legant hæc barbari iſti balbi, & infantes Theologi, quantoperè vir doctiſſimus in monacho quoque laudet eloquentiam, & Tullianam eloquentiam.

In ſcholijs epiſt. Paulæ, & Euſtochij ad Marcellam, *cuius initium eſt*, Menſurã charitas non habet, *nu. 5. deleantur illa verb.* Hæc forma monachorũ plurimùm ab huius tẽporis monachis abeſt: apud quos ab inæqualibus æqualia exigũtur, & ex his æſtimatur omnis ferrè religio, atq; ex his etiam leuiorib⁹, purà cultu, & colore.

In argumento epiſt. Ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis, *cuius initium eſt*, Audi filia, &c. *deleã. illa verb.* Verùm hic liber quàm malè tractat malos monachos, & clericos, tàm malè viciſſim ab illis tractus fuit: adeò nanque mendoſum reperimus, vt pro vnico vitio exprobrato, decẽ mendas induxiſſe videantur.

In ſcholijs eiuſdem epiſtolæ, nu. 12. deleantur illa verba: Sicuti bellum, & alia pleraque.

Ibid. nu. 16. deleãt. illa verb. Hæc eſt illa fabula, quam memoriter tenent etiam hi qui ne verbum quidem vnquam legerunt in ſcriptis Hieronymi, *&c. vſque ad illa verba*, qui ſe doctores, & interpretes vocant.

In Antidoto *eiuſdem epiſt. deleãt. illa verb.* Ad hæc videtur hîc quoque quędam duriùs dicere in matrimoniũ, cui Hieronimus non admodum fauit: immò tantò

O magis

Digitized by Google

magis fauit, quod voluit eſſe quàm minimè inquinatum libidine, & virginitati ſimillimùm, *&c. vſque ad illa verba*, nihil habent quod quenquam offendat.

In ſcholijs epiſtolæ Ad Paulam ſuper obitu Bleſillæ, *quæ incipit*, Quis dabit capiti meo, *&c. nu.*1. *deleantur illa verba*: Cùm hodie ſapientes iſti pulchrum ducant ſpurcè loqui: & Chriſtianum hominem decere linguæ ſordes.

In ſcholijs Epitaphij ad Euſtochium, ſuper obitu Paulæ, *cuius initium eſt*, Si cuncta corporis membra, *&c. nu.* 3. *deleantur illa verba*, Mirum eſt ætate D. Hieronymi tantam etiam num Imperatorum autoritatem fuiſſe Romæ, vt illorum literis Orientis, atque Occidentis epiſcopi Romam contraherentur, ac non potius Romani Pontif. præſertim cùm Conſtantinus iam Syluestro ceſsiſſet imperium: ſi vera eſt fama.

Ibidem deleatur tota Antidotus, *ſcholijs adiecta.*

In ſcholijs epiſt. Fabiolæ ad Oceanum, *quæ incipit*, Plures anni ſunt, *&c. nu.* 2. *deleatur ab illis verbis*, Alioqui, ſi ſenſerunt non eſſe recipiendos in cōtubernium eccleſiæ qui à baptiſmo prolapſi fuiſſent in aliquod crimen, *&c. vſque ad illa verba*, ad hanc occultam, & longè diuerſi generis.

In ſcholijs epiſt. Ad Innocent. *cuius initium eſt*, Sæpè à me, Innocenti chariſsime, *&c. nu.* 3. *deleantur illa verba*, Et ſæuitur paſsim in miſeros fures: cùm nec Draconis leges, nec Romanæ, nec vllæ ethnicorum, nec ipſæ Moſaycæ leges, ſimplex furtum ſupplicio capitis vindicauerint: ſed auaritia noſtra fecit, vt vſque adeò ſimus infenſi furibus, & ideò malum magnum exiſtime-

Digitized by Google

exiſtimemus furtum, quia pecuniam ſummi boni loco ducimus.

*In epiſt.*ad lectorem,*præmiſſa in* Catalogum ſcriptorum eccleſiaſticorum, *deleatur prima eius pars, vſque ad illa verba:* Quod temporum ruina nobis fecit reliquum.

In ſcholijs de Ioanne euangeliſta, *ſtatim in princip. deleantur illa verba*, quòd in quibuſdam diſcordet ab alijs.

In ſcholijs in vitam Clementis, *deleantur illa verba*, Satis indicat eam epiſtolam videri Clementis: etiam ſi, propter contentioſos, non audet palàm fateri.

In ſcholijs in vitam Theophili Antiocheni, *deleatur integra annotatio.*

In ſcholijs vitæ Irenæi, *ad fin. deleantur illa verba:* Quibus modis & nos magnam orbis partem perdidimus, dum omnes cæremonias ad viuum exigimus, *&c. vſque ad illud*, Debilem, quàm extinctum.

In ſcholijs vitæ Theophili Cæſarienſis, *deleantur illa verba:* De huiuſmodi nugis digladiamur, de contingentibus, de conceptione, de die Paſchæ, *&c. vſque ad finem annotationis.*

In ſcholijs in vitam Minutij, *deleantur illa verba:* Et iſti non ſinunt vt infantis, iuxtà ac indocti nebulonis, nænias, ab eloquentiſſimi, doctiſſimique hominis, dictione ſecernamus.

In ſcholijs in vitam Pamphili, *deleantur illa verba*, Nunc ſanctorum ſtrophiola, & calceos oſtentamus, *&c. vſque ad finem annotationis.*

In ſcholijs vitæ Ephren, *deleantur illa verba*, Hinc apparet non niſi Apoſtolicas literas olim legi ſolitas, *&c. vſque ad illud*, inter diuinas ſcripturas.

Index

Tomo ſecundo.

Tota præfatio Eraſmi ad Guillielmum VVaramum, *expungatur.*

*In ſcholijs libri.*1. *aduerſus Iouinianum,nu.*1.*deleãtur illa verb.* Vbi ſunt iſti,qui ſanctum & Chriſtianum putant ruſticè dicere? Hieronymus quibus cõuitijs inſectatur huius infantiam? quid autem dicturus erat, ſi ſophiſticos iſtos audiſſet Theologos, ad quos collatus Iouinianus Meſſala videri queat?

In ſcholijs.2.*libri* cõtra Iouinianũ,*nu.*24. *deleãtur illa verb.* Quanquàm huius mali magnam partem ſacerdotibus acceptam ferri oportet, *&c. vſque ad fin annotat.*

Deleatur item integra Antidotus,*ſcholijs adiecta.*

In ſcholijs Apologiæ ad Pammachium aduerſus Iouinianum, *nu.*6. *deleantur illa verba:* Ad terrendũ aduerſarium. Hoc autem dixit propter multa, quæ Paulus torquet nonnihil aduerſus Iudæorum pertinaciam, cùm aliud nonnunquàm ſentiat, quàm eloquatur: verùm tempori ſeruit.

In ſcholijs epiſt. ad Marcellam, aduerſus Montanũ *nu.*1. *deleantur illa verba*, Hoc in præſentia detorquet ad commendationem Petri: nec enim Petrus eſt fundamentum eccleſiæ, *&c. vſque ad finem annotationis, ſcilicet,*, remedium eſſe factum.

In ſcholijs epiſt. ad Damaſum, *cuius initium eſt*, Quoniam veſtuto oriens, *nu.*6. *deleantur illa verba*: Cuius fuit & & Liberius, qui tertius à Damaſo præceſſit.

In ſcholijs epiſtolæ, ad Damaſum, *cuius initium eſt*, Importuna in euangelio, *nu.* 2. *deleantur illa verba*: Quòd ſi quis ad eundem modum obteſtatus fuiſſet Iulium.2.

quià

Digitized by Google

quid impetraſſet? crucem opinor.

In argumento Dialogi aduerſus Luciferianos, *in princip. deleantur illa verba:* Romanum quoque Pontificem.

In ſchol. epiſt. ad Pãmachium, & Oceanum, *nu.* 3. *deleant. illa verb.* Alioqui, quorſum erat opus tot cęremonijs, in lege Moſaica, quæ Hieronymus ob id ſcribit tradita, ne in Deorum cultum prolaberẽtur, *&c. vſque ad illud,* à communi ſenſu vehementer abhorreant.

In ſcholijs in lib. 2. Apologiæ aduerſus Ruffinum, *nu.* 4. *deleantur illa verba,* Quòd ſi Hieronymus tantoperè offenditur huiuſmodi vitijs ſermonis, *&c. vſque ad illud,* Nihil inſulſius.

Ibidem, nu. 6. *deleantur illa verba,* Nota, lector, olim ſynodos imperatorum iuſſu congregari ſolitas.

In ſcholijs in Apologiam aduerſus Ruffinum, *cuius initium eſt,* Lectis literis, *nu.* 5. *deleantur illa verba,* Oſtendit ſuperiùs quoſdam notatos ab Epiphanio, quòd imagines haberent in templo.

In ſchol. epiſt. ad Cteſiphontem, *num.* 3. *deleant. illa verb.* At cur non in ius vocant Hieronymũ iſti quidã Theologi, qui nihil putãt intelligi in diuinis literis, *&c. vſq; ad illud,* ſacræ Chriſti doctrinæ præſidium conſtitui.

Ibidem, num. 11: *deleantur illa verba:* Vt vbique deteſtatur Hieronymus in Theologo argumenta philoſophorum. Et hæc aut non legunt noſtri Theologi, aut plus ſuo iudicio tribuunt, quàm Hieronymi.

Poſt ſcholia in Dialogum aduerſus Pelagianos, *deleatur integra* Antidotus, *ſcholijs adiecta, cuius initium eſt,* In primo dialogo.

In ſcholijs epiſt. ad Oceanum, *num.* 3. *deleantur illa verba,*

Non dignitatis, ſed officij vocabulum eſt.

Deleatur item tota Antidotus, *ſcholijs adiecta, cuius initium eſt*, Tametſi Hieronymus.

Poſt ſcholia epiſtola ad Euagrium, *deleatur quoque tota* Antidotus, *cuius initium eſt*, Quod epiſcopo.

In ſchol. epiſt. ad Onaſum, *in fin. deleantur illa verb.* Quanquàm in hac epiſtola nihil video dignum Hieronymo, tamen non ſum auſus mouere ſuo loco, quòd in quibuſdam illius ſtylum ſapiat: alioqui petulantior, & inepto impetu.

Tomo tertio.

In ſcholijs epiſtolæ ad Paulinum, *nu.* 4. *deleantur illa verba*, Sacedotem epiſcopum dicit: nam olim ſoli epiſcopi ſacerdotes vocabantur, *&c. vſque ad illa verbà*, mota manu benedicunt.

In ſcholijs præfationis in Danielem, nu. 1. *&* 2. *deleantur illa verba.* Mirum quòd Hieronymus veru iugulat: id nunc paſſim legitur, & canitur in templis, *&c. vſque ab illa verba*, Hoc eſſe Græci ſcriptoris commentum, *quæ ſunt in vltima linea ſcholiorum.*

In ſcholijs præfationis in quatuor euangelia ad Damaſum, nu. 2. *deleantur illa verba:* Mirum de epiſtola ad Hebræos nullam fieri mentionem, *&c. vſque ad illud*, Romani Pontificis autoritas.

In ſchol. epiſt. ad Hædibiã, quæſt. 11. *nu.* 11. *in illa verba*, Quæ ferũtur Petri, *deleatur illud:* videtur addubitare num Petri ſint, quæ nomine Petri feruntur: nam alio in loco negat alteram eſſe Petri, ob ſtylum diuerſum.

Ibidem, paulo inferiùs, deleantur illa verba: At mihi videntur, non ſolùm ſtylo, ſed etiam ſenſu, & ſpiritu nonnihil

Digitized by Google

nihil diſcrepare : nam prior illa multò magis Petrum ſpirat.

In Antidoto, adiecta ſcholijs eiuſdem epiſtolæ, & quæſtionis, deleatur prima pars ab illo verbo, In prima quæſtione, *vſque ad illa verba*, olim deijciebantur poſſeſſione, nunc alios deijciunt.

In ſcholijs epiſt. ad Algaſiam, quæſt. 10. *nu.* 12. *deleantur illa verba*, Nam tempore Pauli feſtos dies, opinor, neſciebat eccleſia.

Ibidem poſt ſcholia in quæſtionẽ. 11. *deleat. integra* Antidotus, *cuius initium eſt*, In quæſtione ſexta negat.

Tomo quarto.

Tota præfatio huius tomi, cuius initium eſt, Superiore tomo *παραινετικὰ expungatur.*

Verſus fin. huius tomi eſt poſita præfatio Eraſmi, in tertiam (vt ipſe ait) ſeriẽ huius tomi, cuius initium eſt, Haud me fallit optime lector: *In ea præfatione verſus medium eius deleantur illa verba.* Apparet fuiſſe quẽpiam ex hoc hominum genere, *&c. vſque ad illud*, quàm ambitioſum ſit huiuſce rei ſtudium in toto hoc hominum genere.

Tomo quinto.

Deleatur initio huius tomi tota Epiſtola Brunonis, & Baſilij Amorbachiorum ad lectorem.

Tomo octauo.

Initio huius tomi deleatur tota Epiſtola Brunonis Amorbachij.

In Appendice, hoc eſt poſtrema parte huius tomi, deleat. itidẽ

tota Præfatio eiuſdē Brunonis Amorbachij, *quæ præfigitur verſioni. D. Hieronymi in Pſalmos, iuxtà Hebraicam veritatem.*

Tomo nono.

Initio huius tomi deleatur tota Præfatio eiuſdem Brunonis Amorbachij.

Ex nonnullis Indicibus in opera. D. Hieronymi, præſertim eo, qui Baſilaeæ excuſſus eſt, apud Epiſcopios, anno. 1565. delendæ ſunt ſubiectæ propoſitiones.

Adorare imagines, & Deos colere, ſeruis Dei non conuenit.

Non adorantur martyres.

Baptiſmus vetera peccata conſcidit: nouas virtutes non tribuit, nec cuſtodit.

Baptiſmus nec omnia vitia abluit.

Ad Euchariſtiam faciendam non ſufficere verba ſacerdotis: ſed & vitam neceſſariam.

Fides ſola iuſtificat.

Imago vna tantùm veneranda.

Opera non iuſtificant.

Opera omnia abſque virginitate imperfecta.

Oratio pro viuis valet: non pro mortuis.

Peccator, licet non ſit de eccleſia, poteſt tamen ad eam redire.

Peccator viuens melior iuſto mortuo.

Sacerdotes omnes Chriſtiani.

Sacerdotis merita requiri ad Euchariſtiam faciendam.

Ex alijs Indicibus in opera. D. Hieronymi, eo preſertim, qui Pariſijs prodijt ex officina Caroli Guillard, anno. 1546. deleantur ſequentia.

Adorare

Digitized by Google

Adorare opera manuum, eſt dogma veritati contrarium defendere.
Adorare ſtatuas, vel imagines, cultores Dei nō debent.
Euchariſtiæ miniſtris neceſſaria ſunt merita.
Fides rara in Chriſtianis.
Fides iuſtos facit, & à malis liberat.
Fide, non operibus, ſaluamur.
Fide ſua vnuſquiſque coronabitur.
Imagines pictas cōtra religionē eſſe, ſcribit Epiphanius
Imagines, vel ſtatuas, Dei cultores adorare nō debent.
Opere ſaluati Iudæi: non gratia.
Opera ſi iuſtificant, Chriſtus gratis mortuus eſt.
Opus nullum dignum Dei iuſtitia.
Opera omnia commixta ſunt aliquo errore.
Peccantibus in Deum non eſt noſtrum dimittere.
Peccatores omnes ſumus: etiam baptizati.
Sacerdotes præter ſuum ius ſpoliant populum.
Sacerdotium laici, ideſt, baptiſma.
Sacerdotale genus omnes baptizati ſunt.

In Indice ſcholiorum Eraſmi ſuper opera. D. Hieronymi deleantur ſequentia.

Aeditionem vulgarem non eſſe ex Hebraica veritate.
Ambroſij error in Oſanná.
Apocalypſis dubitatur cuius ſit.
Apocalypſis quare dubitatur eſſe Ioannis.
Apoſtolicæ literæ tantùm in templis legendæ.
Apoſtoli omnes æquales.
Apoſtolorum diſſidium.
Auaritia noſtra ſæuit in fures.

Auguſtini

Auguſtini ſtylus taxatur. In Auguſtinianos.
Bellum illicitum Chriſtiano.
Bella Chriſtianiſmi peſtis, & ſilent Theologi.
Benedictini monachi corruperunt ſcripta patrum.
Contra cæremoniarum exactores.
Chriſtum mentiri piè dictum.
Chriſtiana nomina Itali nauſeant.
Chriſtianorum non eſt bella gerere.
Chriſtianum eſſe plus eſt quàm monachum.
Cœlibatui matrimonium penè anteponit.
Confeſſio publica, & ſecreta an olim fuerint.
Decretum Gratiani taxatur.
Eccleſiaſtica veſtimenta olim aulica.
Eleemoſyna in pauperes potiùs, quàm in templorum ſtructuram impartienda.
Epiſcopi præſcribunt, non quod Chriſto proximum: ſed quod his temporibus poſſit obtineri.
Epiſcopi omnes æquales conuocabantur à Cæſaribus.
Epiſcopi ſubulci.
Epiſcopi olim ſacerdotes.
Epiſcopi, non eſt nomen dignitatis: ſed officij.
Feſtos dies olim neſciebat eccleſia.
Fures nulla lex iubet occidere.
Gratiani liber nulla eccleſiæ autoritate recipitur: Multa in eo notantur. Neſcitur quis fuerit.
Imagines in templo.
Contra indulgentias.
Ioannis hiſtoria de adultera, apocrypha.
Ioannis epiſtola prima ſola verum autorem refert.
Iſidorus nugator.

Iudith

Digitized by Google

Iudith liber an canonicus.
Malchi hiſtoria ficta videtur.
Matrimonium cœlibatui penè anteponitur.
Matrimonium an inter ſacramenta.
Mendacia quibus liceant.
Mendacium vtile veteres non improbabant.
Monachi corruperunt ſcripta patrum.
Monachi laborent.
Monachi olim non fuerunt quales hodie: nec interdicta rerum ſuarum poſſeſſio. Votorum trium Hieronymus non meminit. Religionum varietas, & cæremoniarum multitudo non videtur conducere.
Papa Damaſus ſummus dicitur ſacerdos: non ſummus epiſcopus.
Paulus vxorem ſuam ſororem appellat.
Papa Romanus epiſcopus olim dictus, non ſummus.
In pauperes eleemoſyna vtilior, quàm in ſtructuram templorum.
Petrus non eſt fundamentum eccleſiæ: ſed Chriſtus.
Petri non eſſe ſecundam epiſtolam.
Preſbyteri olim idem cum epiſcopis.
Religionis prætextu impij ſæuiunt in pios.
Romana eccleſia an prima dignitate.
Sacerdotes noſtræ ætatis quomodo vocales.
Sacerdos, & epiſcopus olim idem.
Sacerdotum opus, & regna.
Summularij ſordidi.
Suſſannæ fabula.
Te Deum laudamus non eſt primùm cantatum ab Ambroſio, & Auguſtino.

Templo-

Digitized by Google

Templorum ſuperuacaneus ornatus.
Theologorum argumenta frigidiſſima.
Theologi bella Chriſtianorum conniuent, quæſtionibus occupati vaniſſimis.
Theologorum recentium commentaria portentoſa.
Theologiam recentiorum hodie ignoraret Paulus, & Hieronymus.
Virgilium Auguſtinus ſpiritu ſancto locutum putat.
Virginitas hodie clauſtris ferreis extorquenda.
Virgines ſacræ aut nubant, aut contineant.
Votorum nulla vincula apud monachos veteres.
Vota tria olim monachi non vouebant.
A voto Hieroſolymitano cur tam grauatim abſoluit Pontifex.
Vota peregrinorum cum pietate pugnant.

HIERONYMUS
ab Oleaſtro.

Ex Hieronymi ab Oleaſtro prefatione in Pentateuchum, *ab illis verbis*, Neque mihi obijcias, *&c. vſque ad illa.* omitto in vulgata editione, *deleatur.*

HIERONYMUS
Cardanus.

Ex Hieronymi Cardani commentarijs in Quadripartitum Ptolemæi.

Deleatur Epiſtola dedicatoria, *operi præfixa.*
In Indice, deleantur illa verba: Chriſti ſeruatoris geneſis.
Lib.2.c.9.text.54. deleantur illa verba: Veluti cùm ſeruator noſter natus eſt cometes apparuit in Oriente,

quam

Digitized by Google

quam Magi viderunt, *&c. vſque ad illa verba. 10. poſt circiter linea,* & ad hanc vſque diem perſeuerent.

Eod. cap. in rubric. quæ incipit, Multiplicatio effectus ſyderum, *&c. deleatur poſtrema verba rubricæ: illa ſcilicet,* & Seruatoris geneſis.

Ibidem, poſt duo circiter folia, deleatur tota Genitura Chriſti, *ab illis verbis:* Et, quia Mars eſt dñs illius trigoni, ſignificauit inuentionẽ mirabilẽ, *&c. vſque ad finem capitis.*

Ex lib. 3. c. 16. deleantur illa verba: Quamobrem Chriſti, & ſanctorum, *&c. vſque ad,* miracula refertur.

Ex lib. 3. cap 18. text. 81. deleantur illa verba, Fœminæ verò potiùs qualitate, quàm quantitate peccabunt, maſculino modo ſe commiſcentes, *&c. vſque ad illud,* Piget me talia dicere: ſed veritas me compellit.

Ex lib. 4. cap. 1. poſt med. deleatur: Et hoc eſt in quo plus habet fatum, quàm Aſtrologia.

Item ex cap. 5. text. 22. deleatur, Sed talis conſenſus à fato pendet.

HIERONYMUS Oſorius.

Ex Hieronymi Oſorij, eſpiſcopi Syluen. (viri pietate, & eloquentia præſtantiſſimi) libro de iuſtitia.

Lib. 1. fol. 5. pagina. 2. ex impreſſ. Coloniæ, apud Arnoldum Birkmanum. in 8. ibi, Fides continet omnem religionem, atque pietatem: omnes enim virtutes ex fide aptæ, nexæque ſunt, & cum illa ſanctiſſimo vinculo colligatæ, & implicitæ ſunt. *Deleantur hæc verba: vel legatur,* fides viua, *&* fide viua.

Eod. lib.

*Eod.lib.fol.*20.*ibi*, Obedientia igitur, & opera in diuinæ legis ſtudio præclara poſita, actioneſque cum pietate ſuſceptæ, ſunt quæ dant veræ fidei ſignificationem, *legatur*, veræ perfectæ fidei ſignificationem.

Eod. lib. fol. 27. *circa fin. deleatur ab illis verbis*, Vt tamen fatemur, *&c. vſque ad finem* libri.

Lib. 2. *fol.* 47. *pag.* 2. *deleatur ab illis verb.* Cùm igitur mens, *&c. vſque*, ſtudium immortalitatis rapere.

Eod. lib. 2. *fol.* 48. *pag.* 1. *deleantur hæc verba*: Ergo, cùm fides totum animum regat, & in verbi diuini ſtudium rapiat, conſequens neceſſariò eſt, vt non cernatur ſolùm in credendo, ſed etiam in obediendo.

Ibidē pag. 2. *circa fin. libri, deleatur*: Tunc igitur verè fideles ſumus, cùm Dei verbo audientes ſumus.

Lib. 4. *fol.* 105. *pag.* 2. *deleatur ab illis verbis*, Eam verò aſſenſionem charitas repentè, *&c. vſque ad*, non amore incendi.

Lib. 7. *fol.* 162. *pag.* 2. *deleat. ab illis verb.* Vt enim confitemur inhærere omnibus, *vſque ad*, filium.

Eod. lib. fol. 172. *pag.* 2. *deleantur hæc verba*: Qui id per ętatem ne ſuſpicari quidem potuere.

Reliqua verò eius ſcripta, permittuntur.

IN. D. HILARIUM annotationes.

Ex annotationibus marginalibus Eraſmi Roterodami in opera. D. Hilarij.

Primùm tollatur tota præfatio Eraſmi dedicatoria.

Lib. 1. *de Trinitate. deleantur illa verba*, Cæremoniæ abolitæ: *quæ ſunt in prima parte libri, vbi tractat illa verba*

Pauli

Pauli ad Coloſſ. 2. Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam, *&c.*

Libro. 3. *de Trinitate, deleantur illa verba:* Syllogiſmi nunc ſuſtinent eccleſiam: *quæ ſunt in prima parte, vbi tractat illa verba Ioannis.* 17. Pater venit hora clarifica.

Lib. 10. *de Trinitate, in vltima parte, vbi tractat illud Ioan.* 2. Soluite templum hoc, *&c. deleantur illa verba:* Deus nec mortuus eſt nec ſepultus.

In libello ad Conſtantium Aug. *cuius initium eſt,* Benefica natura tua, *paulò poſt med. deleantur illa verba,* Nunc tantum cogunt etiam Theologi.

In libello vltimo ad eundem Conſtantium, *cuius initium eſt,* Non ſum neſcius, pijſſime Imperator, *circa medium, deleantur illa verb.* Fides ſubinde noua in ſcriptis.

In enarratione pſalmi. 118. *explicans illud,* Vocem meam audi, ſecundùm miſericordiam tuam, *deleantur illa verba,* Ieiunium inutile.

Ibidem paulò poſt, deleantur illa verb. Non ex meritis ſalus.

In enarratione pſal. 129. *declarãs illud,* Speret Iſrael in Dño, *deleantur illa verba,* vbi bona opera. N. Eemondani.

In indice eiuſdem. D. Hilarij deleantur ſequentia.

Alienis meritis & operibus nemo iuuatur.
Cæremoniæ abolitæ.
Deus nec mortuus eſt, nec ſepultus.
Fides ſubinde noua in ſcriptis.
Fides votum conſummat.
Ieiunium inutile.
Meritum hominis nullum, & merces nulla.

Non

Non ex meritis ſalus.
Operibus alienis nemo iuuatur.
Perſonæ in Chriſto non ſunt confundendæ.
Pœnitentia eſt à peccatis deſinere.
Salux non ex meritis.

IACOBUS FABER Stapulenſis.

Ex Iacobi Fabri Stapulenſis pſalterio quincuplici, cum eiuſdem annotationibus.

*Pſal.*1. *in expoſitione.* 2. *fol.* 5. *pag.* 1. *ad med.* (*iuxta impreßionem Pariſien. apud Henr. Stephan. anno* 1508.) *deleatur ab illis verbis*, Mos ſacrarum literarum, *vſque ad*, potiùs patiantur.

Pſal. 4. *in illud*, A fructu frumenti & olei, *verſu.* 8. *fol.* 9. *pag.* 1. *ad fin. deleatur*, ab his quos intelligentiæ fugit ſacramentum adiecta. *Et ibidem lin.* 4. *à fine deleatur*, Quare in eccleſiarũ pſalterijs, *vſq; ad*, multiplicati sũt.

Pſal. 8. *in illud*, Minuiſti eum paulò minus ab angelis, *fol.* 14. *pag.* 1. *ad medium, deleatur*, Hîc rectè, illîc perperàm. *Et ibidem poſt duas lineas, deleatur ab illis verbis*, Non intelligentes hunc locum, *vſque ad*, & adeò dicebat. *Et pag. ſequenti paulò ante finem, deleatur ab illis verbis*, Quare vos, per Ieſum, & hoc dulce nomen, *vſque ad finem pſalmi, ibi*, per immenſa ſecula, Amen.

Pſal. 6. *verſu etiam.* 6. *in illud*, Qui autem diligit iniquitatem, *fol.* 19. *pag.* 2. *poſt principium, deleatur ab illis verbis*, nam ille quem habemus loquendi modum, *vſque ad*, vbi eius refert Deum.

Pſal. 17.

Digitized by Google

Pſal. 17. verſu. 31. in expoſitione continua, fol. 29. pag. 2. ante finem, deleantur illa verba: Nulla luce agnitionis tuæ hactenus illuſtratas.

Pſal. 18. fol. 32. pag. 2. paulò poſt principium, lin. 5. deleatur: Nullus eſt ſenſus.

Pſal. 21. fol. 38. pag. 1. lin. 20. deleatur verb. Superfluit.

Pag. 24. verſu. 12. fol. 42. pag. 2. paulò poſt principium, deleantur illa verb. Quare æquis vt pſallatur propiciare.

Pſal. 27. verſ. 1. fol. 46. poſt medium paginæ, deleatur, Et ſuperfluit. *Et parùm infrà deleatur ab illis verbis,* Tranſlatio Græca & Romana, *vſque ad,* oppoſitam habent.

Pſal. 35. verſu. 19. fol. 58. pag. 1. pòſt principium, deleatur ab illis verb. Dicendum non eſt, *vſque ad,* euerterunt.

Pſal. 37. in titulo pſalmi, fol. 63. pag. 1. ibi, Niſi ſua noſtra, *deleatur vox,* Sua.

Pſal. 39. verſu. 16. fol. 66. pag. 2. lin. 3. ibi, Vndique ſcelera mea, *deleatur vox,* mea. *Ibidem, lin. 3. deleatur,* Vt non valeam multitudinem apprehendere.

Ead. pagi. poſt medium, dum explicat. 8. verſum, ibi, Legendum multiplicata, *addatur,* vel, *& legatur diſiunctiuè.*

Pſal. 41. verſu. 7. folio. 68. pagina. 2. linea. 13. à fine deleatur, Saluatores mei. *Eodem pſalmo & verſu, deleatur,* Trium beatitudinum. *Eadem pag. linea. 14. deleatur,* Ad trium beatitudinum. *Fol. 69. pag. 1. lin. 25. verſu. 2. deleatur,* Sed malè.

Pag. 42. in annotatione ad verſum. 3. fol. 70. pag. 1. paulò ante medium, deleatur, Sed fortè myſterio læſo.

Pſal. 44. in expoſitione primi verſus, fol. 72. pag. 2. lin. 7. à fine, ibi, Loquor ante hanc, *deleatur, vox,* ante.

Pſal. 18. in annotatione ad quintum verſum, fol. 165. pag. 2.

lin. 2. à fine deleatur ab illis verbis, Et noui qui hoc, *vſque ad verba ſequentis paginæ, ibi*, ex Hebræo eſſe vertendũ.

Ex commentarijs in quatuor euangelia.

Præfatio in quatuor euangelia, ad Chriſtianos lectores, *cuius initium eſt*, Qui Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ, *tota præſcindatur.*

In Matthæum:

Cap. 1. in impreſſ. anni. 1526. fol. 4. pag. 2. ante medium, deleatur ab illis verbis, Ego potiùs crediderim, *vſque ad illa verba, in fine ſequentis pag.* Redemptionem humanam, niſi ſynagoga.

Eod. cap. in illud, Cum eſſet deſponſata mater eius, *fol. 5. pag. 2. lin. 9. ibi*, fuiſſe ſolùm ſponsã, *deleatur dictio*, ſolũ.

Ibidem lin. 10. *deleatur item vox*, ſolùm: *& in fine eiuſdem lineæ, deleatur*, Semper innupta.

Folio. 6. pagina. 2. lin. 13. deleatur, non præbuiſſet ſerpenti antiquo: *& legatur*, non ſumpſiſſet ſerpens antiquus.

Cap. 2. in illud, Et tu Bethlehem, *fol. 8. pag. 2. deleatur ab illis verbis*, ſed oraculum Micheæ, *cap. 5. vſque ad illa verba, poſt medium ſequentis paginæ*, ſed Dei miſerentis.

Eod. cap. in illud, Et reſponſo accepto, *folio. 10. pag. 1. ad medium, deleatur ab illis verbis*, Verùm tunc ſpiritu, *vſque ad*, eſt ambulandum.

Cap. 3. in illud, Pœnitentiam agite, *fol. 13. pag. 2. lin. 1. deleatur ab illis verbis*, Eſt autem *μετάνοια*, *vſque ad*, ideſt reſipiſcentiam.

Eodem cap. 3. in enarratis de Galilæis. fol. 16. pag. 1. ad medium, deleatur ab illis verbis, Nam ſecta quantũcunque videatur,

Digitized by Google

tur, *vſq; ad verba paginæ ſequẽtis, ibi*, detexit apertiſſimè.

Eodem cap. 3. & fol. 16. pag. 2. ante medium, in illud, Omnis arbor, quæ non facit fructum, *deleatur ab illis verbis*, ergò nulla bona arbor, *vſque ad*, Matthæo dicens.

Cap. 5. in illud, Beati mundo corde, *fol. 22. pag. 1. prope fin. lin. 4. à fine, ibi*, adeò vt ne vel minimum quidem cogitare poſſint, *deleatur verbum* cogitare: *& legatur*, conſentire.

Eod. cap. in illud, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra, *fol. 23. pag. 2. lin. 2. à fine deleatur ab illis verbis*, Fideles autem, & qui ſunt, *vſque ad verba ſequentis paginæ*, quàm tenebræ delectabilior.

Eod. cap. in illud, Ego autem dico vobis nõ iurare, *fol. 26. pag. 2. ante medium, deleatur ab illis verbis*, Verùm lex noua prohibet, *vſque ad verba in fine paginæ*, & quotidiana locutione poſita ſit.

Eod. cap. in illud, Audiſtis quia dictum eſt, oculum pro oculo, *fol. 27. lin. 11. deleatur ab illis verbis*, hanc autem retaliationem, *vſque ad verba paginæ ſequentis lin. 4. ibi*, in veteri lege contenta.

Cap. 6. in illud, Attendite ne iuſtitiam veſtram, *fol. 29. pag. 1. paulò poſt medium, deleatur ab illis verbis*, quàm gratis ſuperna voluntas, *vſque ad*, finem faceremus.

Eod. cap. 6. fol. 30. pag. 1. paulò poſt medium, in illud, Panem noſtrum ſuperſubſtantialem, *deleatur ab illis verbis*, Quare ſi quiſpiam, *vſque ad*, tertia petitio.

Eod. cap. & fol. pag. 2. lin. 3. deleatur ab illis verb. Verũtamẽ ſi lethali, *vſque ad*, & hæc eſt quinta petitio.

Eod. cap. fol. 31. ad med. pag. 1. deleatur ab illis verbis, Ipſe autem, *vſque ad*, acceptum referri debet.

Fol. 32. pag. 2. lin. 15. in illud, Ideò dico vobis, ne ſolliciti ſitis, *deleatur ab illis verb.* Et non ſolùm in cibo & potu, *vſque ad*, magis in interioribus. *Ibidem poſt decem lineas, deleatur ab illis verbis*, At quis hæc, *vſque ad*, ſcire queat. *Et poſt quinque lineas, ibi*, Nam diuinarum interdum, *deleatur vox*, interdum.

Ead. pag. in illud, Quærite ergo primùm regnum Dei, *deleatur ab illis verbis*, Et hæc duplex, quædam operũ, *vſque ad*, præparans & incipiens.

Cap. 8. in illud. Et cum veniſſet Ieſus trans fretum, *fol. 39. pag. 1. ad medium, deleatur ab illis verbis*, Et ideò iuſtè punit eos, *vſque ad*, voluerit puniet.

Cap. 10. fol. 46. in illud, Dabitur vobis in illa hora quid loquamini, *pag. 1. ad med. deleat. ab illis verb.* Nam alioqui opus ipſum, *vſque ad*, ſtudio humano adinuenta.

Eod. cap. in illud, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, *fol. 47. pag. 1. ante medium, deleantur illa verb.* Quinimmò neque ipſam corporis & animæ mortem, ideſt, gehennam timere debent.

Eod. cap. in illud, Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, *fol. 48. pag. 1. ante med. deleat. ab illis verb.* Si auſteriorẽ vitam ducas, *vſque ad*, tua, quæ non ſaluat.

Cap. 11. in illud, Et onus meum leue, *folio. 2. pag. 2. lin. 15. deleatur*, non humana traditio.

Cap. 12. fol. 56 pag. 1. poſt medium, deleat. ab illis verb. At peccatum ac blaſphemiã, *vſque ad*, Idq; cum pertinacia.

Cap. 13. in illud, Veſtri autem beati oculi, quia vident, *fol. 61. pag. 1. ad principium lin. 7. deleatur ab illis verbis*, quod oculi diſcipulorũ, *vſque ad*, totũ Dei & gratiæ.

Eodem cap. in illud, Non'ne hic eſt fabri filius, &c. *fol. 63.*

in fine

Digitized by Google

in fine pag. 1. *deleatur ab illis verbis,* Cùm Ioſeph paternitate, *vſque ad,* nihil attineret.

Cap. 14. *in illud,* Veſpere autem facto acceſſerunt ad eum, *fol.* 65. *pag.* 2. *paulò ante medium, lin.* 20. *deleatur,* humanarum traditionum, *& legatur,* gentilium philoſophorum. *Et poſt ſeptem lineas, deleatur dictio,* ſolis.

Eod. cap. in illud, Et rogabant eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent, *fol.* 66. *in fin. capitis, deleatur ab illis verbis,* quotquot verò receperunt eam, *vſque ad,* in ſecula ſeculorum, Amen.

Cap. 15. *poſt principium fol.* 67. *pag.* 1. *in fine, deleatur ab illis verbis,* Et etiam eſſent in noua, *vſque ad,* mandarent, atque diuinas.

Eod. cap. in illud, Et conuocatis ad ſe turbis dixit: Audite: non quod intrat in os, *&c. deleatur parentheſis,* (vt doctrinæ, mandataque hominum.) *Et poſt duodecim lineas, deleatur ab illis verbis,* præcepta autem & doctrinas, *vſque ad,* hæc autem euellentur.

Cap. 16. *in illud,* Tu es Petrus, *fol.* 74. *pag.* 2. *in principio, deleatur ab illis verbis,* ne quis putet Petrum eſſe petram. *vſque ad illa verba,* æterni patris infuſio.

Cap. 17. *in illud,* quare nos non potuimus, *&c. deleatur ab illis verbis,* Ergo quod illi maximè placet, *vſque ad,* interpretis Latini.

Cap. 18. *in illud,* Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis, *fol.* 81. *pag.* 2. *ad mediũ, deleatur ab illis verbis,* Sed forſitã hîc petas quid eſt, *vſque ad,* ipsũ erigit ad ſpiritũ.

Cap. 20. *in illud,* Et accipientes murmurabant, *paulò poſt principium capitis, fol.* 87. *pag.* 1. *ante medium, deleatur ab illis verb.* Et vſque adeò bonus eſt, *vſque ad,* fontem

Digitized by Google

in exhauſibilem. *Et ibidem, poſt. 12. lineas, deleatur ab illis verbis*, Et aliquo modo fidunt operibus, *vſque ad*, Dei autem omnia poteſt.

Cap. 22. in illud, Congregatis autẽ Phariſæis, *fol. 95. pag. 1 prope finem, deleatur ab illis verbis*, Et vtinã cùm quippiam agimus, *vſque ad*, huiuſmodi occupationibus.

Cap. 26. in illud, Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc euangelium, *fol. 110. pag. 2. prope finem, deleatur ab illis verbis*, Quod ſi Chryſoſtomus, aut quiuis alius, *vſque ad*, populo faceret intelligentiam.

Eod. cap. in illud: Dico autem vobis, non bibam amodo, *fol. 115. pag. 2. poſt princip. deleat. ab illis verb.* Sed age, an corpus quod in cœna, *vſque ad*, regnũ patris ſui vocat.

Eod. cap. in illud, Spiritus quidem promptus eſt, *fol. 117. pag. 1. deleatur ab illis verbis*, quæ enim iudicamus bona *vſque ad*, typus Petrus.

In Marcum.

Cap. 5. in illud, Non eſt mortua puella: ſed dormit, *fol.* 141. *pag. 1. prope fin. deleantur illa verba*, cui nulli fidelium mortui ſunt, & ſi aliqui ſomno vitæ dormiunt.

Cap. 7. in illud, Benè irritum feciſtis præceptum Dei, *fol. 146. deleatur ab illis verbis*, quod Phariſaicum virus, *vſque ad*, adſciſcit, atque conciliat.

Cap. 12. in illud, Diliges proximum tuum ſicut teipſum, *fol. 163. pag. 1. prope medium, deleatur ab illis verbis*, tunc enim impleretur, *vſque ad*, tanquàm nihilũ & inane.

Cap. 13. in illud, Et cum ſederet in monte oliuarum, *fol.* 167. *pogina. 1. ad medium, deleatur ab illis verbis*, prædicabitur, inquàm, *vſque ad illa*, potens & ſufficiens.

Cap. 16.

Digitized by Google

Cap. 16. *in illud*, Et cum tranſiſſet ſabbathum, *fol.* 179. *pag.*1.*lin.*5.*deleatur ab illis verbis*, ſed hæc Maria, *vſque ad*, ſecum tuliſſent.

Eod. cap. in illud, Euntes in mundum vniuerſum, *fol.*181. *pag.* 1. *poſt medium*, *deleatur ab illis verbis*, Et proindè ille ſolus eſt colendus, *vſque ad*, Deum adora.

In Lucam.

Cap. 1. *in illud*, Vt conuertat corda patrum in filios, *fol.* 185. *pagina.* 1. *poſt medium*, *deleatur ab illis verbis*, ſuam iuſtitiam non operibus, *vſque ad*, per gratiam ipſius.

Eodem cap. & folio pagina. 2. *poſt principium*, *deleatur ab illis verbis*, Hinc fit, vt videri poſſit angelus, *vſque ad*, quod rei probauit euentus.

Cap. 3. *in illud*, Qui habet duas tunicas, *fol.* 199. *prope fin. deleatur ab illis verbis*, neque gratia ſalutis, *vſque ad*, Dei bonitati.

Eod. cap. in illud, Exiſtimante autem populo, & cogitantibus, *fol.* 199. *pag.* 1. *linea.* 12. *à fine*, *deleatur ab illis verbis*, quam vitæ rigiditatem Ioannes, *vſque ad*, non expreſſerunt.

Cap. 5. *in illud*, Petrus procidit ad genua, *fol.* 207. *pag.*1. *poſt medium*, *deleatur ab illis verbis*, quam retinere debet eccleſia, *vſque ad*, illius gratia, & bonitate.

Eodem capit. in illud, Quare diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, *folio.* 208. *pagina.*1. *paulò poſt principium*, *deleatur ab illis verbis*, at ea omnia erant humanæ, *vſque in finem capitis*, *ibi*, in omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Cap. 6. *in illud*, Si diligitis eos, qui vos diligunt, *fol.* 211. *pagina.* 1. *paulò ante medium*, *deleatur ab illis verbis*, ſed

Digitized by Google

hæc quatenus huiuſmodi, *vſque ad*, iſti dabunt pœnas
Eod. cap. & fol. pag. 2. paulò poſt principium, deleatur ab illis verbis, Et quanquàm ex verbis Domini, *vſque ad*, ne nos ipſos reſpiciamus.

Cap. 6. in illud, Et cœperunt qui ſimul accumbebant, *folio. 215. pagina. 2. paulò ante finem, deleatur ab illis verbis*, Populus qui iuſtitiam metitur operibus, *vſque ad*, ſunt enim debita, ſed ex gratia.

Fol. 216. pag. 1. lin. 3 à fine, deleatur ab illis verbis, Nos vero, *vſque ad*, & etiam aliam fuiſſe.

Cap. 11. in illud, Quærite, & inuenietis: pulſate, & dabitur, *&c. fol. 230. pag. 2. poſt medium, deleatur*, Eſt enim quem ſolum omnis oratio, & adoratio decet.

Cap. 11. in illud, Et cùm loqueretur, rogabat illum quidā Phariſæus, *fol. 232. pag. 2. ad princip. deleatur ab illis verb.* at hæc vnica eſt ſapientia, *vſque ad*, poſita ſit.

Cap. 12. in illud, Cauete à fermento Phariſæorum, *fol. 235. pag. 1. lin. 1. deleatur ab illis verbis*, & certè Petrus, *vſque ad*, minus rectis.

Eod. cap. in illud, Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini, *eod fol. & pag. lin. 4. à fine, deleatur ab illis verbis*, Ergò omnis timor ſeruilis nobis eſt prohibitus, *vſque ad*, aut timor diaboli.

Eod. cap. & fol. pag. 2. in illud, Magiſter dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem, *ad medium, pag. deleatur ab illis verbis*, Pulchra ſcilicet & bella ſunt, *vſque ad*, ſanctorum virorum.

Cap. 16. in illud, Mortuus eſt autem diues, & ſepultus eſt, *fol. 250. pag. 1. lin. 13. à fine, ibi*, fortè etiam perpetuo, *deleatur vox*, fortè.

Ibidem

Digitized by Google

Ibidem lin. 5. *à fine, deleatur ab illis verbis,* Quod dicit de quinque fratribus, qui adhuc erant in domo, *vſque ad verba ſequentis folij, pag.* 1. *ad principium, ibi,* ſiue miſericordia illi parcat.

Cap. 17. *in illud,* Etſi pœnitentiã egerit, dimitte illi, *fol.* 252 *pag.* 2. *ante medium, deleatur ab illis verbis,* Et ſi ſperantibus, & fidentibus, *vſque ad,* ipſorumque miſereri.

Eod. cap. in illud, Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, *pag.* 2. *eiuſdem folij, lin.* 2. *deleatur,* nullumque meritum. *Et poſt decẽ lineas, in illud,* Serui inutiles ſumus, *deleatur ab illis verbis,* nequaquàm tamen eam, *vſque ad ea verb. prope fin. pag.* creaturam ſuam gratis adducere.

Eod. fol. & cap. pag. 2. *paulò poſt princip. in illud,* Ite, oſtendite vos ſacerdotibus, *deleatur ab illis verbis,* nam re vera ſacerdotes, *vſque ad,* & teſtis.

Cap. 18. *in illud,* Duo homines aſcendebant in templum, *fol.* 256. *pag.* 1. *ante medium deleatur ab illis verbis,* Phariſæus figurat omnes, *vſque ad,* iſti nihil, niſi malum.

Ibidem ante finem eiuſd. pag. deleat. ab illis verb. Nam Phariſæus deſcendit, *vſque ad,* Sed iſti grati: illi ingrati.

Cap. 21. *in illud,* Reſpiciens autem vidit eos, qui mittebant munera ſua, *fol.* 264. *pag.* 2. *ad med. deleat. ab illis verb.* Sed illa iſtis ob id meliora, *vſq; ad illa verba circa principium pag. ſequentis,* omnia perficit, omnia ſatiat.

Cap. 24. *in illud,* Et prædicari in nomine eius pœnitentiam, *fol* 282. *pag.* 1. *paulò poſt principium, deleatur ab illis verbis,* hoc autem erat pœnitentia, *vſque ad* ſed gratia & beneficium eius. *Et ibidem, poſt quinque lineas, deleatur ab illis verbis,* Porrò is prædicat pœnitentiam, *vſque ad,* eſſe remiſſa. *Et paulò poſt, deleatur*

ab illis

ab illis verbis, Et in pœnis Chriſti, non in noſtris, *vſque ad verba ſequentis paginæ ad medium, ibi*, qui eſt ſpiritus Chriſti, & amoris, ſeruat eos.

In Ioannem.

Quoniam eiuſdem Iacobi Fabri commentaria in Ioannem commodè expurgari non poſſunt, omninò expungatur.

In epiſtolas D. Pauli.

Ex Apologiæ præmiſſa ad enarrationem; impreſſ. Pariſijs apud Petrum Caudel anno. 1531. *pag.* 2. *paulò poſt principium, linea.* 12. *deleatur ab illis verbis*, Verùm vulgata æditio, *vſque ad*, reddita eſſet Græcæ fidei.

Eadem pag. paulò ante medium, lin. 24. *ibi*, Quomodo illa inerudita traductio, *deleatur*, inerudita.

Ex canonibus epiſtolæ ad Romanos.

Cap. 1. *nu.* 4. *deleant. illa verb.* Quod vita futura ſit ex fide.

Cap. 3. *num.* 26. *deleatur ab illis verbis*, Quod iuſtificatio *vſque ad*, fidem Chriſti.

Cap. 9. *num.* 82. *deleatur ab illis verbis*, Et quia iuſtus, *vſque ad*, vt Pharao.

Eod. cap. num. 84. Sed & horum conuerſio, *vſque ad*, debeat & poſſit.

Cap. 10. *num.* 89. *deleatur ab illis verbis*, Quod vita fidei, *vſque ad*, ſimpliciter viuit.

Eod. cap. num. 90. *ibi*, Mandat euangelium ſâluabitur, *deleatur*, ſaluabitur.

Num. 92. *deleatur ab illis verbis*, Quod non omnes, *vſque ad*, ſaluificam Chriſti fidem.

Ex canonibus epiſt. 1. *ad Corinth.*

Cap. 6. *num.* 34. *deleatur ab illis verbis*, quod inquinati,

vſque

Digitized by Google

vſque ad, iuſtificantur.

Cap. 11. *num.* 81. *deleantur illa verba*, Ei enim ſatisfacere impoſſibile eſt.

Ad Romanos.

*Cap.*2.*fol.*57.*pag.*1.*num.*15.*in illud*, Cùm enim gẽtes quæ legẽ non habẽt, *deleat. ab illis verb.* Putandũ n'e igitur eſt, *vſq; ad, illa verba, ſequẽtis pag.* fructu nó priuandos.

*Eod.cap.& fol.pag.*2.*nu.*16.*in illud*, Doces alium, teipſum non doces, *deleantur illa verba*, illud verò illis ſignum erat fidei, & iuſtificationis Chriſti.

Ead.pag. poſt medium, nu. 17. *deleatur ab illis verb.* Quam etiam iuxtà permiſſionem, *vſque ad*, tollentis peccata totius mundi.

Cap. 3. *in illud*, Vbi eſt gloriatio tua, *fol.* 59.*pag.*2.*nu.* 28. *deleatur ab illis verbis*, ſi etiam innumeros dixero, *vſque ad*, eris in Paradiſo.

Ead.pag.lin.vlt.deleatur ab illis verbis, At contraria ex fide ſine operibus, *vſque ad verba ſequentis pag.* fides autem vt terminus: *& legatur*, fides autem eſt aditus quidam diuini ingreſſus.

Pag. 60 *paulò poſt principium, lin.*12.*deleatur ab illis verbis*, Cuius fides ſummitas eſt, *vſque ad*, ſibi vendicans:

*Cap.*4.*fol.*6.*pag.*2.*ad medium, nu.*29.*deleat.ab illis verb.* Sed fallitur, *vſque ad*, & omnia ſerenans.

Et parùm infrà, deleatur ab illis verb. Neque in fide, neque in operibus, *vſque ad*, aſſequendæ à Deo ſalutis.

*Ead.pag. lin.*12.*à fine, ibi*, Et quod primæ partes & potiſſimæ, *deleatur*, & potiſſimæ.

Folio. 61.*pag.* 1. *in illud*, Quomodo ergo reputata eſt fides Abrahæ, *nu.* 31. *deleatur ab illis verbis*, & ablutio

circa

Digitized by Google

circa nos, *vſque ad*, ex fide Abrahæ.
Pag. 2. eiuſdem folij, paulò ante finem, nu. 36. deleatur ab illis verb. Ante enim Chriſti aduentum, *vſque ad*, præcedebant quædam præparatiua. *Et poſt quatuor lineas, nu. 37. deleatur ab illis verb.* Qui ante aduentum Chriſti fuere, *vſque ad*, adipiſci valebant.
Cap. 5. fol. 62. pag. 2. poſt medium, in illud, Non id autem ſolum, *num. 39. deleatur ab illis verbis*, fides autem, & ſpes, *vſque ad*, continuò diligis. *Et paulò inferiùs. num. 40. deleatur ab illis verb.* Si eſſet ſpes, *vſque ad*, mortem inueniret.
Fol. 63. pagina. 2. linea. 6. à fine, deleatur, Non habet Paulus. *Linea. 2. à fine, deleatur*, quæ nos inuitos ſaluat.
Folio. 64. pagina. 1. in examine illius loci, Et ita in omnes mors, *poſt principiũ pag. nu. 42. deleatur ab illis verb.* neque videtur velle, *vſq; ad*, diſſerẽdi modos interſtitiũ.
Prope finem eiuſdem paginæ, deleatur ab illis verbis, Particula in ſimilitudinem præuaricationis, *vſque ad primam lineam ſequentis paginæ, ibi*, Pauli quadrantior.
Cap. 7. fol. 67. in illud, Quid ergo dicemus? lex peccatum eſt? *num. 56. pag. 1. ad medium deleatur ab illis verbis*, Vt pueris lege non eſt, *vſque ad*, nondum carne ægrotãt.
Eadem pag. num. 57. in illud, Sine lege enim peccatum mortuum erat, *ante finem paginæ, deleantur illa verba*, Et cùm peccatum infirmitas ſit carnis. *Et paulò inferiùs, deleatur ab illis verbis*, peccatum, inquàm, habitat in carne, *vſque ad*, eſt carnis infirmitas.
Pag. 2 num. 58. in illud, Scimus quia lex ſpiritualis eſt, *paulò poſt, ibi*, non crediderunt oportere, *deleatur*, non. *Et paulò poſt, deleatur ab illis verbis*, Si igitur terram

ex qua,

Digitized by Google

ex qua, *vſque ad*, nihil poteſt conſpirat.

Eod. num. paulò ante medium eiuſdem pag. deleatur ab illis verb. Non itaque ſi quis ex viro, *vſque ad*, ſed qui hanc carnis infirmitatem adhuc habent.

Fol. 68. pag. 1. in illud, Carne ſeruio legi peccati, *in principio paginæ, deleatur ab illis verb.* At forſitan hîc petes, *vſque ad*, Nunc ad literæ examinationem.

Ante finem eiuſd. pag. nu. 68. in illud, Ego autem mortuus ſum, *deleatur ab illis verbis*, potentialem tamen in carne, *vſque ad*, exitura erat in actum.

Cap. 8. fol. 69. pag. 1. in illud, Ipſe enim ſpiritus, *lin. 13. deleantur illa verba*, qui ab ſpiritu Chriſti non oritur, neque à Chriſto nobis eſt datus.

Eod. fol. pag. 1. num. 71. in illud, Nam qui oremus ſicut oportet neſcimus, *lin. 11. deleatur ab illis verbis*, cum vir ſanctus erat, *vſque ad*, & ineffabilium cognitor.

Cap. 9. in illud, Vbi dictum eſt non populus meus vos, *ibi*, vocabuntur filij Dei viuentis, *fol. 72. pag. 1. nu. 84. lin. 20. deleatur ab illis verbis*, eius implorans opem, *vſque ad*, ac prædiffinitus es.

Cap. 10. fol. 73. pag. 2. num. 90 deleatur ab illis verb. A corde quidem, *vſque ad*, diuinæ iuſtitiæ obſtaculum.

Cap. 11. fol. 74. num. 93. lin. 12. à fine deleatur: Immò ſola quæ ſalutem nobis & facere, & donare poteſt.

Eod. cap. & pag. in illud, Relîqui mihi ſeptem milia virorum, *lin. vlt. ibi*, gratia quæ ſaluat: non opera, *deleatur*, non opera. *Et ſequenti pag. linea. 2. ibi*, Quæ obdurauerunt, *legatur*, quem adorauerunt.

Cap. 12. fol. 77. pag. 2. lin. 11. in illud, Qui tribuit in ſimplicitate, *deleatur ab illis verbis*, Quid enim opus eſt vt ſe, *vſque ad*,

Digitized by Google

vſque ad, omnia noſtra propter ipſum facimus.
Cap. 13. *fol.* 79. *num.* 109. *lin.* 16. *in illud*, Sed induimini dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *deleatur*, non debitum: ſed gratis erogatum.
In fine eiuſdem pag. nu. 115. *lin.* 4. *à fine deleatur ab illis verbis*, Neque enim verum credas Chriſtianum, *vſque ad*, poſteà denegatur.
Cap. 14. *fol.* 80. *num.* 120. *deleatur ab illis verbis*, Non autem quod qui vtitur, *vſque ad*, fiant & peccatores. *Et poſt ſex lineas, deleatur ab illis verbis*, Immò quod Apoſtoli, *vſque ad*, dæmonum paterent.
Cap. 15. *pag.* 81. *in illud*, Pleni eſtis dilectione, *lin.* 15. *à fi. nu.* 118. *deleatur ab illis verbis*, ſed vbi dilectio extincta, *vſque ad*, & religio.
Cap. 16. *fol.* 83. *pag.* 1. *ante nu.* 136. *lin.* 4. *deleatur ab illis verb.* Quid in cucullo mori, *vſque ad*, vixeris tempore.

Ad Corinthios. 1.

Cap. 1 *in illud*, Ego ſum Pauli, *fol.* 84. *pag.* 1. *lin.* 6. *à fine*, *deleatur ab illis verbis*, quòd ſi nos aliorum nominibus, *vſque ad*, nunquid diuiſa eius religio?
Cap. 5. *in illud*, Modicum fermentum, *&c. fol.* 89. *pag.* 1. *poſt medium, nu.* 27. *deleantur illa verba*: quamdiu tales ſunt, de corpore Chriſti non ſunt. *Et pag.* 2. *lin.* 3. *deleantur illa verba*, non enim de fidelium communione ſunt.
Cap. 6. *in illud*, Iam delictum eſt in vobis, *&c. fol.* 90. *pag.* 1. *nu.* 32. *deleatur ab illis verbis*, Si autem eum voco in ius, *vſque ad*, neceſſitudinem violo.
Cap. 7. *in illud*, Si quis frater vxorem habet infidelem, *&c. fol.* 91.

Digitized by Google

&c. fol.91. pag. 2. poſt medium, num. 44. deleatur ab illis verbis, Sed de talibus, *vſque ad,* poſſibilitatem accuſet.

Cap.8. fol.93. pag.2. prope finem, nu.57. deleat. ab illis verbis, Fermè prophanum eſſe, *vſque ad verba ſequentis pag. ibi,* bonitatis eius imitatio.

Ad Corinthios. 2.

Cap. 5. in illud, Siue excedimus Deo, ſiue modeſtè ſapimus, *&c. fol. 110. pag. 2. num. 24. lin. 3. à fine deleatur,* Aut forſitan à ſancto, *vſque ad,* maſſa reſecta.

Cap.12. fol 117. pag.2, nu.67. lin.5. à fine, deleatur, Id enim eſt reſipiſcere.

Ad Galatas.

Cap.2. in illud, Nam ſi per legem iuſtitia, *folio.121. pag.2. ante medium, deleantur illa verba,* per ſolam fidem Chriſti infunditur iuſtificatio.

Cap.3. in illud, Qui igitur ſuppeditat vobis, *fol.122. pag.2. ad medium, deleatur ab illis verbis,* qui autem confidit in operibus, *vſque ad,* vnde deſcendit iuſtificatio.

Et ibidem, poſt .3. lineas, deleatur, Et quomodo fides ad iuſtificationem ſummum tenet.

Cap. 5. in illud, In Chriſti Ieſu, *fol.125. pag.2. num.25. ante medium, deleatur,* Quomodo fides quæ filios facit, & Deum Patrem.

Et ibidem. poſt quinque lineas, deleatur: Ex fide factos filios.

Cap.6. paulò poſt principium, fol.126. pag.2. ad medium, lin.39. ibi, Veram magnanimitatem facit, non opera, *deleatur,* non opera.

Et poſt quatuor lineas, deleatur ab illis verbis, Sed ſi quis, *vſque ad,* gloriandi materiam.

In fine cōmentariorum eiuſdem capitis, fol 177. pag.2. in illud, Nam ego

Nam ego ſtigmata dñi Ieſu, *deleatur ab illis verb.* Quid igitur de ijs, *vſque ad,* quod dubium relinquamus.

Ad Epheſios.

Cap. 1. *paulò poſt principium, fol.* 128. *pag.* 1. *ad medium, deleatur ab illis verbis,* Ab æterno elegit nobis, *vſque ad,* operatur omnia.

Cap. 2. *poſt principium, fol.* 129. *pag.* 1. *poſt medium, lin.* 20. *à fine, deleatur ab illis verbis,* Caput eorum non conſtituitur, *vſque ad,* Chriſtus, ſed.

Pag. 2. *lin.* 5. *ibi*, noſtram eſſe credamus, *deleatur hoc, & legatur,* à nobis eſſe credamus. *Et ibidem, linea.* 8. *vbi legitur*, noſtrum non eſt, *legatur*, à nobis non eſt. *Et ſequenti linea, ibi,* non ſunt noſtra, ſed Dei, *legatur*, non ſunt à nobis, ſed à Deo.

Ad Coloſſenſes.

Cap. 2. *in illud,* Si mortui eſtis cum Chriſto, *fol.* 144. *pag.* 1. *num.* 20. *lin.* 6. *à fine, deleatur ab illis verb.* & ſunt quædam quæ ſunt, *vſque ad verba ſequentis pag. ibi,* gratiarum actio in ſecula ſeculorum, Amen.

Cap. 3. *in illud,* Mortificate ergo membra veſtra, *fol.* 145. *pag.* 2. *lin.* 2. *deleatur ab illis verbis*, ſed quibuſnam hæc mortificantur, *vſque ad verba paginæ ſequentis, nu.* 14. *ibi,* ſubtilius, ſpiritualiuſque intelligẽdus Paulus, qui ait.

1. *Ad Theſſalonicenſes.*

Cap. 2. *poſt principium, in illud,* Ipſi enim ſcitis ingreſſum *fol.* 148. *pag.* 2. *poſt medium, deleatur ab illis verbis,* Examini hominum nolite credere, *vſque ad verba pag. ſequentis, lin.* 3. & ideo ſubdit Paulus.

Cap. 4.

Digitized by Google

Cap.4.fol.150. pag.2. linea.20. deleatur: Non vt proprijs operibus tales fiant: ſed.

Ad medium eiuſdem pag. deleatur ab illis verbis, Nam ex nobis non poteſt eſſe, niſi præparatio, *vſque ad,* atque dignitate conſeruari.

Ead. pag. lin. 10. à fine, deleatur ab illis verbis, Huius vaſis duplex eſt, *vſque ad,* eum, qui à Deo eſt.

2. Ad Theſſalonicenſes.

Cap.2.fol.155.pag.2.lin.16. à fine, deleatur ab illis verbis, Cùm videamꝰ monarchiæ caput, *vſq; ad,* delectio apparere.

1. Ad Timotheum.

Cap.3. poſt princip. in illud, Si quis epiſcopatum, *fol. 159. pag. 2. paulò poſt med. deleatur ab illis verbis,* Si illi repelluntur, *vſque ad,* aduerſus ſpiritum pugnat.

Eod. cap. fol. 160. pag. 1. ad medium, deleatur ab illis verbis, Ad tempora Gregorij ſeptimi, *vſque ad,* quæ clariora, & ſanctiora videntur.

Ad Titum.

Cap. 1. in illud, Nam ſunt plerique, etiam non ſubditi, *fol. 171. pag. 1. lin. penult. deleatur ab illis verbis,* Auaritia & turpis quæſtus, *vſque ad verba pag. ſequentis,* quia inde non ſentitis quæſtum.

Cap. 3. in illud, Stultas autẽ quęſtiones, *fol. 174. pag. 2. paulò poſt princ. nu. 15. deleatur ab illis verbis,* Tàm ille contentioſus, &, vt ſic dicam, *vſque ad,* ſic veritas mẽti adeſt.

Ad Hebræos:

Cap. 3. in illud, Et Moyſes quidẽ fidelis fuit, *fol. 186. pag. 1.*

 ad medi-

Digitized by Google

*ad med.nu.*12.*dele.ab illis.verb.*quid facitis nobis patronos,*vſq; ad,*colligamus igitur ſpem & amorē meum.

Cap. 6. *in illud,* Nam impoſſibile eſt, eos qui ſemel, *&c. fol.* 190. *pag.* 1. *poſt med. deleatur ab illis verb.* verùm hic confitendi modus, *vſque ad lineam.* 2. *pag.ſequentis, ibi,* & electis miſericordiæ Dei.

*Fol.*91.*pag.*1. *nu.* 22. *in examine illius,* Rurſus crucifigentes, *deleatur ab illis verb.* & pœnitentia hîc recogitationem, *vſque ad,* vulgata æditio & oſtentui habentes.

Cap. 10. *in illud,* Voluntariè peccantibus nobis, *fol.*199. *pag.*2.*poſt med.nu.*50.*lin.*20.*à fi.deleat.ab illis verb.*Ideò abſoluunt ſacerdotes, *vſque ad,* quæ eſt in cælo.

Eiuſdem Commentaria in epiſtolas canonicas, *quoniam eorum copia haberi non potuit, nemo, ex hac cenſura permiſſa arbitretur, quamdiu expurgata non prodierint.*

Eiuſdem liber de triplici Magdalena, *omninò expungatur.*

IACOBUS

Micyllus.

Ex Iacobo Micyllo de Re metrica.

Deleatur primùm Epiſtola dedicatoria ipſius Iacobi Micilli.

Expungantur etiam Præfatio Philippi Melanchthonis.

*Lib.*2.*fol.*234.*pag.*1.*iuxtà impreſſionē Frācoforti anno.*1539. *&* (*propter varias impreſſiones*) *vbi agit de Analogia declinationis, & incrementis nominum, in dictione Celox, deleantur illa verba,* Quem verſum etiam doctiſsimus vir, præceptor noſter, Philippus Melanchthon. *&c. vſque ad illa verba,* Sed de hoc iam ſatis.

*Eodem opere, atque iuxtà eandem impreſſionem, fol.*99.*pag.*2. *deleantur illa verba:* Certa manet impios pœna: neque caſtitas releuat hanc, neque preces.

IACO-

Digitized by Google

IACOBVS PHILIPPVS Bergomas.

Ex Iacobo Philippo Bergomate libro, cui titulus eſt, Supplementum chronicorum, in vita Fœlicis quarti, in impreſ. Pariſijs anno. 1535. apud Galiotum.

Fol.229. deleat. gloſ. marg. quæ ait, Extremæ vnctionis inſtitutor. *Et ead. verb. deleant. ex indice, litera. E.*

IACOBVS Sannazarus.

Ex Iacobi Sannazari epigrammatis.

Lib.1. pag.143. in impreßis Lugduni. 1560. epigrammate De calendis maij, *deleatur ab illis verbis*, poſt obitum, *vſque ad*, venit atra iocis.

Eod. lib.1. pag.159. deleatur epigramma In Alexandrum. vj. Pont. Max. *cuius initium eſt*, Piſcatorem. *Item aliud epigramma* in eundem Pont. *eadem pag. cuius initium eſt*, Europen Tyrio.

Pag.162. del. epigramma In annum Iubilæum, *cuius initium eſt*, Pollicitus cælum.

Lib.2. pag.169. del. epigrãma In Lucretiam de Alexãdro, *cuius initium eſt*, Ergo te ſemper cupiet.

Pag.175. del. epigrãma, De Alexandro. VI. Pont. Max. *cuius initium eſt*, Bello inimicitijs.

Ead. pag. del. aliud epigramma De eodem, *cuius initium eſt*. Dic in amicitiam.

Ead. pag. deleatur epitaphium eiuſdem, *cuius initium eſt*, Fortaſſe neſcis, *vſque ad*, tu ſuſpicari, & ambula.

Digitized by Google

*Pag.*176.*deleatur epigramma* De eodem, *cuius initium eſt*, Mirum ſi vomuit. *Item aliud* De eodem, *cuius initium eſt*, Nomen Alexandri.

*Pag.*184. *deleatur epigramma* In Leonem. X. Pont. Max. *cuius initium eſt*, Sumere maternis.

*Lib.*3.*pag.*198.*deleatur epigrãma vltimũ* In eundem Leonẽ. X. Pont. Max. *cuius initium eſt*, Sacra ſub extrema.

IANVS CORNARIVS.

Ex Iani Cornarij Opere medico practico, ſiue Commentarijs in. 10. libros Galeni de compoſitione pharmacorum localium.

Lib. 1. *in annotatione ad verba illa præfationis*, Piloſum eſſe iuxta primam rationem, *&c. deleatur ab illis verbis*, Duplex generatio pilorum eſt, *vſque ad*, & pudendorum pili proueniunt.

Lib. 9. *cap.* 2. *vbi Galenus agit de Cynogloſſo, & dicit*, Colligere autem oportet herbam ſiniſtra manu ante ſolis exortum, *neque id Ianus Cornar. reycit, addatur in marg.* Hoc vanum, & ſuperſtitioſum eſt.

IANOCIVS
de Manectis.

Ex Ianocij de Manectis libris de dignitate, & excellentia hominis.

Lib. 2. *pag.* 64. *ex impreſſione Baſilaæ anno Dñi.* 1532. *apud Andræam Cratandrum, vbi inquit*, Quorum nos veneranda ac ſacroſancta veſtigia, *expungatur*, veneranda ac ſacroſancta.

Lib. 4.

Digitized by Google

Lib. 4. *pag.* 206. *deleatur ab illis verb.* Ceu illi ſententiæ, *ad illa pag.* 208. commutataſque conuerterit.

IOANNES
Cuſpinianus.

Ex libro Ioan. Cuſpiniani, cui titulus eſt, Auſtria, in excuſsis Baſilææ apud Ioannem Oporinum.

In vita Leopoldi quarti, cognomento Pij, pag. 600. *lin.* 33. *deleatur ab illis verb.* Quæ longè alia profectò cauſa, *vſque ad,* olim orti ſunt exemplis.

Pag. 601. *lin.* 16. *deleatur ab illis verbis,* Quemadmodum hodie pſallitur, *vſque ad,* ſine honeſtate.

Lin. 20. *deleatur ab illis verbis,* Cùm vtrobique ſumma licentia, *vſque ad,* elingues & muti apparent.

Lin. 44. *eiuſd. pag. deleatur ab illis verb.* Cùm prædia, vineas, *vſque ad,* ſed alijs derelinquo diſcutiendum.

Pag. 602. *lin.* 5. *deleatur ab illis verbis,* Non quod nunc fit, *vſque ad,* in vniuerſo quippe orbe.

Ex libro eiuſdem Ioannis Cuſpiniani de Cæſaribus atque Imperatoribus Romanis.

In præfatione ad lectorem, pag. 7. *prope fin. deleantur illa verb.* Ioannes Auētinus rerum cognitione celebris vir, & diligentiſſimus ſcriptor, illuſtre nomē promeretur.

In epiſtola ad Carolum, Hiſpaniarum Regem, *pag.* 21. *prope fin. deleantur illa verba,* Eſt ea ſanè cupiditas non indigna animo excelſo & magno.

In vita C. Iulij Cæſaris, *pag.* 5. *circa fin. deleatur illud,* in cælum animam Cæſaris migraſſe creditum eſt.

In vita Octauiani Cæſaris Auguſti, *pag.* 11. *prope finem,*

Digitized by Google

deleatur illud: verum ſit illud eiuſdem Plinij dictum: Deus ille cælum neſcio adeptus magis, an meritus.

In vita Diocletiani, *pag.*108. *lin.* 31. *deleātur illa verb.* Quemadmodum hodie noſtri ſancti Pontifices faciunt.

In vita Cōſtātini Magni. *pag.*117. *circ. fi. del. ab illis verb.* Sed vt ſit ex nimia fœlicitate, *vſq; ad*, poſt quinquēnalia.

Pag. 118. *deleatur ab illis verb.* Et mirum, *vſque ad*, Baptiſma ſuſcepit.

*Pag.*119. *prope fin. lin.*36. *deleatur ab illis verb.* Cæterùm de eius donatione, *vſque ad*, vanitatibus & mendacijs.

In Phoca Cæſare, *pag.* 187. *lin.* 14. *deleat. ab illis verb.* Hic tamen hoc vnum ſanxit, *vſque ad*, Princeps declarata.

In Heraclij *vita*, *pag.* 191. *in fine, deleatur ab illis verb.* Sed vis fatalis, *vſque ad*, quam præcauere poteſt.

In vita Conſtantini filij Conſtantis, *pag.*1 6. *lin.*9. *deleatur ab illis verbis*, Statuit poſthæc Conſtantinus, *vſque ad*, vt ſuperius annotauimus.

In Leonis Iſauri *vita, pag.*207. *lin.*19. *deleatur ab illis verb.* vt ſolita tributa, *vſque ad*, & obediuit tribueret.

In vita Ludouici Pij, *pag.*229. *lin. pen. deleat. ab illis verbis*: ſine Imperatoris aſſenſu, *vſque ad*, plura ſacerdotia habere ſit perneceſſe.

In Nicephoro Phoca, *pag.*310. *vltra medium, lin.*31. *deleatur*, ſed fatum voluit.

In vita Henrici ſecundi, *pag.*326. *lin.*2. *deleatur ab illis verbis*, non vt veluti porci, *vſque ad*, & ſequirent.

Pag. 327. *prope fin. deleatur illud*: Cuius mors heremitæ cuidam ſtrepitu malignorum ſpirituum innotuit.

In Theodora Imperatrice, *pag.*347. *lin.*10. *deleantur illa verba*: vt eſt ſuperſtitioſum genus hominum.

In vita

Digitized by Google

In vita Henrici tertij, *pag.* 348. *lin.* 33. *deleatur ab illis verb.* ob tria ſceleſtiſſima monſtra, *vſque ad*, impunè exercebant. *Lin.* 39. *eiuſdem pag. deleantur illa verba*, Deiectiſque illis teterrimis monſtris. *Lin.* 41. *eiuſdem pag. deleantur illa verba*, Creatur ab Imperatore. *Lin.* 43. *deleatur ab illis verbis*, Sunt tum Romani, *vſque ad*, ſine aſſenſu Imperatoris prohibiti.

Pag. 349. *lin.* 1. *deleatur ab illis verbis*, In cuius locum, *vſque ad*, Romam mittit.

In vita Henrici quarti, *pag.* 352. *lin.* 15. *deleat. ab illis verb.* miſerat enim biennio antè, *vſque ad*, ſæpè annotauimus. *Prope finē eiuſdem pag. deleat. ab illis verb.* Potiſſimū quod Synodo, *vſque ad*, quiſquis legere voluerit.

Pag. 353. *lin.* 1. *deleatur ab illis verbis*, Pontifex Romanus, *vſque ad*, Imperio diſſidium. *Prope medium pag. eiuſdem, lin.* 27. *deleatur ab illis verbis*, Non abſque conſilio, *vſque ad*, diadema Rudolpho.

P*ag.* 354. *vl ra med. lin.* 37. *deleatur ab illis verb.* Hinc multi Italiæ & Germanię epi, *vſque ad*, qui Clemens eſt dictus. *Eadem pag. prope finem lin.* 46. *deleatur ab illis verbis*, Henricus autem, *vſque ad illud paginæ.* 355. Alemanos, & Boioarios.

Pag. 356. *lin.* 29. *deleatur ab illis verbis*, Sed iam filius Henricus Rex, *vſque ad*, in partes ſuas traducit. *Linea vltima eiuſd. pag. deleatur illud:* Quē Cæſar Maximilianus.

Pag. 357. *lin.* 14. *deleatur*: Ob legatos quoque Apoſtolicos. *Lin.* 20. *deleatur*: Apoſtolicis legatis id maximè laudantibus.

Prope finem eiuſdem paginæ, deleatur ab illis verbis, Inuenio in vetuſtiſſimis annalibus, *vſque ad*, ſepultura

Digitized by Google

iniuſtè priuatus.

*Pag.*358. *deleatur nomen* Ioannis Auentini.

Pag. 384. *deleatur vita* Henrici quinti, *dicti iunioris, quæ incipit,* Henricus quintus Iunior cognomento, *vſque ad illa vltima verba,* Ad hiſtoriã reuertamur, præmiſſo tetraſticho. *Deleatur etiã tetraſtichon, cuius initium eſt,* Raptus ad imperium, *vſq; ad,* electum ritè dat Italiæ.

Pag. 402. *deleatur vita* Friderici primi, *cuius initium eſt,* Fridericus vulgò Barbaruſſa, *vſque ad illa vltima verba,* nobilem hunc Fridericum Cæſarem.

Pag. 410. *deleatur vita* Philippi Cæſaris, *cuius initium eſt,* Philippus Sueuiæ & Etruriæ Dux, *vſque ad vltima verba,* Nunc tetraſtichon ſubiungamus.

Pag. 419. *deleatur vita* Friderici ſecundi, *cuius initium eſt,* Fridericus huius nominis ſecundus, *vſque ad illa vltima verba,* vt claudamus riuos ſubuingemus.

Pag. 446. *in vita* Alberti Cæſaris, *vltra medium paginæ, deleatur ab illis verbis,* quæ tamen Imperatoriæ maieſtati, *vſque ad,* ſibi arrogant.

Pag. 447. *lin* 9. *deleatur ab illis verbis,* Placuerunt hæ aſſentationes, *vſque ad,* à nemine ſibi conceſſa.

Pag. 466. *in vita* Ludouici Cæſaris, *vltra medium, lin.*40. *deleantur illa verba,* de hac inani cõtentione, & friuola.

Pag. 468. *lin.*14. *deleatur ab illis verbis,* multa nobiliſsima protulit conſilia, *vſque ad,* Imperialem concernerent maieſtatem.

Pag. 470. *circa fin. deleatur ab illis verbis,* proceſſus quondam Ioannis, *vſque ad,* cõtra Imperatorem attẽtare.

Pag. 471. *lin.* 1. *deleant. illa verb.* Neſcio quo dæmone inſtigatus. *Item, lin.*12. *einſd. pag. deleatur ab illis verbis,*

orato-

oratoribuſque formulam mādati, *vſque ad*, viliſſimus quiſque de ſe daret. *Lin.18.deleat.ab illis verbis*, O immenſa crudelitas, *vſque ad*, ſed bonus Imperator quid faceret? *Lin.28.eiuſd.paginæ, deleat.ab illis verb.* qui Pōtificē rogaret, *vſq; ad*, in læſionē Imperij excogitatis.

Eadem pagina, prope finem, deleatur illud: Crudeliſſimè execratur.

Pag. 472. lin. 6. deleatur illud: In odium Magūtini epiſcopi, & Imperatoris.

Circa fin. eiuſd. pag. deleatur ab illis verbis, Nullus inuentus eſt, *vſque ad*, in fide permanſuros affirmantes.

Pag. 473. deleatur Tetraſtichon, cuius initium eſt, Bella nouem geſſit, *vſque ad*, non fore poſſe ſuos.

In vita Conſtantini octaui, *pag. 525. prope fin. deleatur ab illis verbis*, quibus in annuos redditus centena milia, *vſque ad*, profitentur religionem.

Pag.526.lin.33.deleātur illa verba, Abiecto Pōtificali faſtu

In nonnullis Ioannis Cuſpiniani Cæſarum vitis, multa ex Alberti Crantij metropoli adiuncta ſunt. Hi codices, quoniam eorum copiam non habuimus, noua egent caſtigatione: nec quiſquam ex hac cenſura permiſſos arbitretur.

IOANNES FERVS

Ex Ioannis Feri commentarijs in D.Matthæi Euangelium.

Cap. 2. in illa verba, Ioſeph, admonitus ab angelo, *in principio vbi dicit*, Hæc eſt natura fidei: quæ etiam in tentatione manet, *legatur*, quæ quantum eſt ex ſe, in tentatione manet.

Eodem cap. in illa verba, Tunc Herodes, *paulò poſt initium, vbi dicit*,

Digitized by Google

vbi dicit, non igitur alios fructus profert noſtra natura ex ſe, *addendum eſt*, ea parte, qua corrupta eſt.

Cap. 4. *in illa verba*, Non in ſolo pane, *ante medium*, *vbi legitur*, Chriſtus verbo diſtribuitur, & ſacramentis, *intellige ratione chariſmatum.*

Cap. 5. *ſuper illa verba*, Qui autem dixerit fatue, *in medio vbi legitur*, eſt enim vinculum, quo colligamur toti corpori *addendum eſt*, perfectè.

Eodem cap. 5. *in illa verba*, Sanctificetur nomen tuum, *propè finem*, *vbi legitur*, quid enim noſtra infelicius vita? *vſque ad illud*, ac blaſphemant, *intelligenda ſunt pro maiori parte, vel hyperbolicè.*

Eodem capit. 5. *in illud*, Fiat voluntas tua, *propè initium, quod dicit*, Non igitur petimus, vt quod velit poſsit: ſed vt voluntas eius in nobis ſit, ac noſtra voluntas penitus interat: quæ nimirum mala eſt, radixque omnium malorum, *intelligendum eſt de voluntate noſtra contraria diuinæ.*

Cap. 7. *in illa verba*, Non omnis qui dicit mihi Domine, domine, *in fine, vbi dicit*, profectò ſi titulus chriſtianum faceret, *legendum eſt*, profectò ſi titulus chriſtianum iuſtum, & perfectum in opere faceret.

Cap. 8. *in illa verba*, Domine ſi vis, *in medio vbi dicitur*, & eum, qui meritis ſuis precipuè innititur: *Item*, qui propter ſuam immunditiam veretur accedere, *legendum eſt*, neque qui meritis ſuis credit præcipuè eſſe fidendum. *item*, neque qui credit, propter ſuam immunditiam, non eſſe locum veniæ.

Eodem cap. in illa verba, Vide nemini dixeris, *in principio*, *vbi legitur*, neque enim noſtra ſunt quæ Deus per nos ope-

Digitized by Google

nos operatur, *legatur*, neque enim noſtra ſunt, quaſi ex nobis, quæ Deus per nos operatur.

Capit. 9. in illud, Confide fili, *ante medium deleatur ab illis verbis*, adducuntur tibi, neque temerè: ſed ex præcepto Chriſti, *&c. vſque ad illud*, propria fide habituali, & infuſa ſaluantur.

Eod. capit. in illa verba, At Ieſus conuerſus, *circa finem vbi legitur*, ſoláque tali confeſſione peccata teguntur, *legatur*, ſoláque tali confeſſione peccata dimittuntur.

Capit. 10. in illa verba, qui perſeuerauerit, *in principio vbi legitur*, non enim incepiſſe, ſed perfeciſſe, virtutis eſt, *addendum eſt*, perfectæ virtutis eſt.

Eodem capit. in illa verba, Qui amat patrem, & matrem pluſquàm me, *in principio vbi legitur*, hoc eſt, vt Chriſtianus ſit, *legendum eſt*, bonus Chriſtianus ſit.

Capit. 11. in illa verba, Omnia mihi tradita ſunt, *poſt medium deleatur illud*, ſcito te prædeſtinatum: ſi non, ſcito te reiectum.

Eodem capit. in illud, omnia mihi tradita ſunt, *vbi dicitur*, è contra impijs, quandoquidem à Chriſto ſecluſi ſunt, omnes creaturæ aduerſantur, *legendum eſt*, aduerſari deberent: *Et eodem modo ſtatim vbi dicitur*, quantuncunque impijs ſeruire videantur creaturæ, omnia tamen eis in malum cedunt, *legendum eſt*, cedere deberent.

Eodem capit. in illa verba, Venite ad me omnes qui laboratis, *paulò poſt initium, vbi legitur*, vt non eligat, niſi quæ nociua ſunt: non fugiat, niſi quæ ſalutaria, *legatur*, vt non ferè eligat, niſi quæ nociua ſunt: non fugiat,

fugiat, niſi quæ ſalutaria.
Cap. 12. *in illud*, Aut facite arborem bonam, *in fine deleantur illa verba*, Chriſtus hîc apertè pronunciat nos ex natura noſtra malas arbores eſſe.
Eodem capit. in illud, Progenies viperarum, *prope finem deleatur ab illis verbis*, immò etiam in bonis operibus noſtris nonnihil mali concurrit, *&c. vſque ad illud*, quò fit, vt opus ipſum nunquàm ſit perfectum.
Eodem capit. in illud, Dico autem vobis, quod omne verbum otioſum, *ante medium deleantur illa verba*, Quantacunque enim bona feceris, ſemper tamen maiora, vel ſaltem plura committis mala.
Cap. 13. *in illa verba*, Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, *prope medium*, *vbi legitur*, ipſa natura corrupta, & concupiſcentia, quæ nos conuincit eſſe peccatores, *legendum eſt*, fuiſſe peccatores.
Eodem cap. in illud, Vnde huic eſt ſapientia, *fol.* 157. *col.* 2. *vbi dicitur*, negligentes redduntur auditores, *lege*, occaſione accepta negligentes reddunt auditores. *Et ſtatim vbi dicitur*, efficit hypocritas, *lege*, occaſione accepta efficiuntur hypocritæ.
Capit. 14. *in illa verba*, vidit turbam multam, *vbi ait*, quòd ſi culpa noſtra oblatam gratiam contemnimus, Chriſtus fugit, *delendum eſt quod ſtatim ſequitur*, nihil poſtea proderunt neque vota, neque deſideria, neque preces.
Capit. 15. *in illa verba*, Quare & vos tranſgredimini præcepta Dei, propter traditiones veſtras, *prope finem*, *vbi legitur*, Deinde & in hoc aberramus ab ſcopo, quòd propter externarum conſtitutionum tranſ-

Digitized by Google

tranſgreſſionem, temerè alios iudicamus, ac condemnamus, *addendum eſt*, quia conſtitutiones eccleſiæ aliquando poſſunt abſque culpa prætermitti, ex rationabili cauſſa.

Capit. 16. *in illa verba*, Tu es Chriſtus filius Dei viui, *in principio, vbi legitur*, perſona quæ vngitur eſt ipſa Chriſti humanitas, *legatur*, perſona quæ vngitur eſt filius, ratione humanitatis.

Eodem capit. in illud, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, *deleantur illa verba*, Qui hanc fidem neſcit, ad eandem non pertinet: licet ad eam eccleſiam, quæ etiam peccatores includit.

Eodem capit. in illa verba, Tibi dabo claues regni cælorum, *poſt medium deleatur illud*, ita fides ſecum habet quæ ad fidem ſequuntur.

Eodem capit. ſtatim, vbi dicitur, Eccleſia claues habet, vt domina, *intellige, ratione capitis.*

Eodem capit. in illa verba, Sunt quidam de hîc ſtantibus, *paulò poſt principium vbi legitur*, Hæc igitur Chriſtiani dignitas eſt, quod à morte ſecurus eſt, *legatur*, Hæc igitur Chriſtiani boni dignitas eſt, quod à morte liber eſt.

Capit. 17. *in illa verba*, Credo Domine, *ante medium annotat. vbi legitur*, qui igitur in operibus diuinis non offendere cupit, is oculos rationis claudat, *legendum eſt*, is oculos rationis corruptæ claudat.

Cap. 18. *in illa verba*, Miſertus Dominus ſerui illius, *ante medium vbi legitur*, agnoſcit enim tunicam filij ſui Ioſeph: hoc eſt iuſtitiam, & merita Chriſti, *legatur*, agnoſcit enim in nobis tunicam filij ſui Ioſeph: hoc eſt, iuſti-

Digitized by Google

eſt, iuſtitiam, & merita Chriſti.

Capit. 19. *in illa verba*, Sinite paruulos venire ad me, *circa finem, vbi legitur*, Chriſtianus vbicunque fuerit, & quodcunque agat, domini eſt, *legatur*, perfecte Chriſtianus, vbicunque fuerit, & quodcunque agat, domini eſt.

Eodem capit. in illud, Vade, & vende omnia quæ habes, *ante finem annotationis, vbi dicit*, ille ex natura, *legendum eſt*, ille à principio naturæ.

Capitul. 20. *in illa verba*, Simile eſt regnum cælorum homini patrifamilias, *& cæt. verſus finem annotationis vbi legitur*, quòd ſi aliquando mercedem audis polliceri, ſcias non ob aliud eſſe debitam, quam ex promiſsionem diuina, *legatur*, quòd ſi aliquando mercedem audis polliceri, ſcias non ſine promiſsione eſſe debitam.

Ibidem ſtatim poſt præmiſſa verba, deleatur illud, Gratis promiſit, gratis reddit.

Capit. 22. *in illa verba*, Amice, quomodo hûc intraſti? *in principio annotationis, vbi legitur*, Cum tuis peccatis ſuperinduis Chriſti iuſtitiam: tuis demeritis ipſius merita: tua inobedientia ipſius obedientiam, *legatur*, cum tuis peccatis excluſis ſuperinduis Chriſti iuſtitiam: tuis demeritis ipſius merita: tua inobedientia ipſius obedientiam.

Eodem capit. in illa verba, Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, *poſt medium deleatur illud*, toties igitur in hoc præceptum peccas, quoties ſine laude, & gratiarum actione bonis Dei vteris.

Capit. 23. *in illa verba*, Væ vobis, qui ſimiles eſtis ſepulcris de

Digitized by Google

cris de albatis, *verſus finem annotationis vbi legitur*, illud autem electorum eſt, *legatur*, illud autē bonorū eſt.

Capit. 24. ſuper illa verba, Tunc, inquit, ſi dixerit, *in medio annotationis, vbi ait*, duo autem ſunt, quibus ſeipſum alligauit, *addendum eſt*, de lege communi.

Capit. 26. in illa verba, Et vos mundi eſtis, *in principio annotationis, vbi dicitur*, ſed tamen in ſe ipſis adhuc ſunt peccatores, *legendum eſt*, ſed tamen in ſeipſis vnde peccare poſſint habent. *Et ſtatim vbi legitur*, ob id ſcriptura eos ſanctos, & peccatores nominat, *legendum eſt*, & ob id ſcriptura eos ſanctos, & in quibus inhabitat, quod ad peccandum incitat, nominat.

Eodem capit. in illa verba, Si hæc ſcitis, *vbi dicit*, in hunc enim duplicem vſum Chriſtus nobis propoſitus eſt: vt miniſter ſcilicet, & vt exemplar, *debet intelligi, non quòd ipſo vtamur: ſed eius miniſterio, & exemplo.*

Capit. 27. in illa verba, Deus meus, Deus meus, vt quid, *&c. in principio annotationis, deleatur ab illis verbis*, exuit enim Chriſtus hac hora Deum, *vſque ad*, non abijciendo, ſed non ſentiendo, ſepoſuit patrem, vt hominem ageret, ſic & Deus pater nunc non patrem, ſed tyrannum agit.

Ibidem, in medio annotationis, deleatur illud, Deſperationem noſtram in ſe tranſtulerit. *Et paulò inferiùs, deleatur illud*, Deſperationem deſperatione, mortem morte, infernum inferno, breuiter ſathanam ſathana vinceret.

Capit. 28. in illa verba, Et ecce quidam de cuſtodibus, *ad medium annotationis, vbi legitur*, indigebat Deus agno

imma-

Digitized by Google

immaculato, ad ſacrificium, *legatur*, parabat Deus agnum immaculatum ad ſacrificium.

Eodem capit. in illa verba, Docentes eos ſeruare, *in fine annot. vbi legitur*, vehementer etiam obſit, *legatur*; aliquo modo obſit.

In diui Ioannis Euangelium.

Eiuſdem Ioannis Feri, Commentaria in. S. Euangelium diui Ioannis: & in eiuſdem priorem Epiſtolam canonicam: & in epiſtolam beati Pauli ad Romanos, *ex editione quidem Complutenſi caſtigata permittuntur: externa autem impreßiones hoc modo corrigantur.*

Cap. 1. *in illa verba*, Et vita erat lux hominum, *in fine annotationis, vbi de rationis lumine dicit*, plerunque tamen, immò nunquàm non, in electione fallitur, *deleatur illud*, immò nunquàm non.

Eodem cap. in illud, Erat lux vera, *in principio annotationis, deleantur illa verba*, quia etiam inter Chriſtianos pauci ſunt, qui verè credant, *&c. vſque ad illa verba*, & fide verbo adhæret.

Eodem capit. in illud, Quotquot autem receperunt eum. *ad finem annotationis, deleantur primùm illa verba*, & quia verbum eſt, ideò non recipitur, niſi fide: *Et paucis interiectis, deleatur illud*, Si igitur quis ſe crediderit Chriſti iuſtitiæ, aut redemptioni, iam non remanebunt peccata, mors euaneſcet.

Eodem capit. in illud, Qui non ex ſanguinibus, *paulò poſt medium annotationis, deleantur illa verba*, Hoc igitur verbo primò damnat, *&c. vſque ad illud*, transfunduntur in ſobolem. *Deinde in fine eiuſdem annotationis, deleantur illa verba*, Ex ſolo enim Deo, ſolius Spiritus ſancti

Digitized by Google

ſancti conſilio, *&c. vſque ad illud*, ſola Dei voluntas, propoſitum, electio.

Eod. cap. in illud, Et de plenitudine eius omnes accepimus, *in medio annotationis deleantur illa verba*, Maledicta enim ſunt, non ſolùm, *&c. vſque ad illa verba*, ſiue læta, ſiue triſtia.

Eod. cap. in illa verba, Quia lex per Moyſen, *in princip. annotationis, deleātur illa verba*, Quamuis enim ipſa lex in ſe bona ſit, *&c. vſque ad illud*, cor ſit alienũ à charitate.

Eod. cap. in illud, Deũ nemo vidit vnquàm, *paulò poſt med. annotationis, deleatur illud*: Hoc autem ex lege non diſcimus: quæ Deũ non aliter proponit, quàm iudicẽ.

Eod. cap. in illa verba, Et qui miſſi fuerant, *paulò poſt initium annotationis, deleatur illud*, Sic verè nullum hominum genus eſt, quod minus moueatur verbo Dei, quàm hi, qui in ſua iuſtitia confidunt.

Eod. cap. in illa verba, Qui tollit peccata mundi, *ante medium annot. deleatur illud*, nam quid aliud in vniuerſo euangelio quærendum eſt, quàm remiſſio peccatorum, *&c. vſque ad illud*, coram Dei iudicio.

Eodem cap. in illa verba, Inuenit hîc primò Simonem, *ſtatim in princip. annotat. deleatur illud*, per fidem in Chriſtum renati ſumus.

Eod. cap. in illa verba, Ecce verè Iſraelita, *in medio annotat. deleatur illud*, Omnis enim qui in Chriſtum credit gemellus eſt, *&c. vſque ad illa verba. 7. poſt linea*, Spiritus ſanctus opus ſuum in ipſis inceperit.

Cap. 2. in illa verba, Et erat mater Ieſu ibi. *circa fin. annotationis, deleatur illud*, Circuncisio nihil eſt: præputium nihil eſt, *&c. vſq; ad illa verba*, matrimonium nihil eſt.

Digitized by Google

Eod. cap. in illa verba, Et crediderunt in eum diſcipuli eius, *ſtatim in initio annotationis, deleatur illud*, Quid enim aliud in operibus ſuis, *&c. vſque ad illa verba*, cõfidere Deo.

Eod. cap. in illa verba, Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, *ſtatim in initio annot. deleat. illud*: Poteſt quidem Deus infirmitates noſtras tolerare: non autem pertinaciam, & proteruiam.

Eod. cap. in illa verba, Domum patris mei nolite facere domũ negotiationis, *ad mediũ annotationis, deleat. illud*: Quis denique ſacerdotũ, ac religioſorũ, & Pontificum, inexplebilẽ auaritiã, ac impoſturas non videt?

Eodẽ cap. in illa verba, Et crediderunt Scripturæ, & verbo, *circa finem annotationis, deleatur illud*, Eò firmitatis deueniet, vt & toti Scripturæ credere poſſit, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Eod. cap. in illa verba, Ieſus autem non credebat eis ſemetipſum, *poſt principium annotationis, deleatur illud*, econtrà autem, firmiter credentibus, *&c. vſque ad illa verba*, Sed multò fœlicior cui Chriſtus ſe credit.

Cap. 3. in illa verba, Niſi quis renatus fuerit denuò, *ſtatim in initio annotat. vbi legitur*, vt primò doceãt fidem qua homo iuſtificatur, *deleat. illud*, qua homo iuſtificatur.

Eadem annotatione, inferiùs. 6. poſt linea, deleatur illud, Niſi igitur per gratiam Dei renaſcamur, *&c. vſque ad illa verba. 10. poſt linea*: Nos, ac omnia noſtra damnat.

Eod. cap. in illa verba, Quomodo poteſt homo naſci, cùm ſit ſenex? *paulò poſt initium annotationis, deleatur illud*, Quamuis enim homo homini comparatus, *&c. vſque ad illa verba*, nec vnus vel pilo excellit alium.

Eadem

Digitized by Google

Eadem annotatione, paulò poſt medium, deleantur illa verba, Quod humanæ rationes, & carnales cogitationes, impediunt intellectum verbi Dei.

Ead. annotatione, paulò ante finem, deleatur illud: De cuius vtero tunc malè nati, & proiecti ſumus.

Item in illa verba; Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, *paulò poſt initium annot. deleat. illud,* Quod autem dicit de aqua & ſpiritu, ſic accipi poteſt, vt ſit metaphorica locutio.

Ibid. ad fin. annot. deleat. illud, Secundò poteſt verbum Chriſti intelligi, vt ſit metaphora, *&c. vſque ad illa verba,* in nouum hominem transformetur.

In illa verba, Quod natum eſt ex carne, caro eſt, *circa finẽ annotat. deleatur illud,* Homo ſine gratia: primò enim, præter carnem, nihil ſapit, intelligit, aut poteſt.

In illa verba, Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu, *paulò poſt initium annotationis, deleatur illud:* vt nullis indigeat legibus.

In illa verba, Et nemo aſcendit in cælum, *ad medium annotationis, deleatur illud,* Neque enim opera noſtra, etiam qualiacunque, *&c. vſque ad illud,* Deus miſericorditer acceptat.

Ibidem. 8. *poſt linea, deleatur illud:* Semper plus peccatorum habemus.

Ibidem, paulò inferiùs, deleatur illud, Alijſque omnibus damnatis & perditis, *&c. vſque ad illa verba,* ſola eius iuſtitia patri grata eſt.

In illa verba, Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem, *deleatur illud, quod eſt paulò ante finem annotat.* neque peccatum, neque mors, neque diabolus, *&c. vſque ad illud,*

obruere poteſt.

In illa verba, Qui credit in illum non iudicabitur, *ante finem annotationis, deleatur illud*, fidei enim promittitur vita æterna. *&c. vſque ad illa verba*, fructibus radicis.

In illa verba, Qui non credit iam iudicatus eſt, *in princip. annotationis, deleatur illud,* Ad hæc etiam radix eſt, & origo omnium peccatorum.

Ibidē, octaua poſt linea, deleat. illud, Incredulitati, inquam, vt radici: peccatis autem, vt fructibus, ad ſcribitur damnatio.

In illa verba, Hoc eſt autem iudicium, quia lux venit, *paulò poſt initium annotationis, vbi legitur*, quia non reſipiſcit, *legatur*, quia non pœnitet.

Ibidem. 15. poſt linea, deleatur illud, Primò enim manifeſtat omnia noſtra eſſe meras tenebras & peccata.

In illa verba, Et Baptizabat, *ad medium annotat. deleatur illud,* erat igitur etiam eorum baptiſmus, *&c. vſque ad illud,* ſicut & Ioannis baptiſmus.

In illa verba, Qui autem accepit eius teſtimonium, *poſt medium annotationis, deleatur illud,* Vide igitur credentis fœlicitatem, *&c. vſque ad finem annotationis.*

In illa verba, Qui credit in filium habet vitam æternam, *ad medium annotationis, deleatur illud,* non enim loquitur de fide vana & otioſa, qualem nos fingimus.

In illa verba; Qui autem incredulus eſt non videbit vitam, *in initio annotat. deleatur illud*, incredulus autem eſt, qui eam fidem non habet.

Cap. 4. in illa verba, Domine, da mihi hanc aquam, *paulò poſt mediū annotationis, deleatur illud,* His tantùm loquitur qui eſuriūt, & ſitiunt iuſtitiā: ad ſolos hos pertinent,

Digitized by Google

nēt, *&c. vſque ad illa verba*, quib⁹ adhuc placēt peccata.

Capit. 5. in illa verba, Abijt ille homo, & nunciauit Iudæis, *In finem annotationis, deleatur illud*: Eccleſia nunc fruſtrà laborat in Iudæis conuertendis.

In illa verba, Et omnia demonſtrat ei, quæ ipſe facit, *paulò poſt medium annotationis*, *deleatur illud*: qui præordinati ſint ad vitam: nempè qui in ipſum credunt.

Ibidem, *paulò inferiùs*, *deleatur illud*: Non enim facere quicquam vult, niſi quod filio ſuo primùm placeat, antequàm faciat.

In illa verba, Sed omne iudicium dedit filio, *circa medium annotationis, deleatur illud*, Qui igitur angũtur cura prędeſtinationis, *&c. vſque ad illa verba*, ſcito te reiectum.

In illa verba, Non quæro voluntatem meam, *circa medium annotationis*, *deleatur illud*: ab omnibus ſuis affectibus, qui natura mali ſunt.

In illa verba, Alius eſt qui teſtimonium perhiberet de me, *circa medium annotat. deleatur illud*: Illud tamen teſtimonium non tàm verum, aut iuſtum, quàm gratuitum, & indebitum dicendum eſt.

In illa verba, Scio quia verum eſt teſtimonium eius *circa fin. annotat. deleatur illud*: Ex ſeipſo autem nihil, niſi mendacium, loquitur.

In illa verba, Quia quem miſit ille, huic vos non creditis *deleatur illud*: Qui non habet Chriſtum per fidem, nō habet legem, non implet legem, non ſatisfacit legi.

Cap. 6. in illa verba, Poſt hæc abijt Ieſus trans mare, *poſt medium annotat. deleatur illud*, Tanquàm inacceſſibilis eſt via ſalutis, *&c. vſque ad illa verba*, ſemitam eius.

In illud, Ducentorum denariorum panes, *in principio*

Digitized by Google

annotationis, vbi ait, ratio ſiue prudentia carnis, *deleantur illa verba*, ratio ſiue.

In illa verba, Et cùm gratias egiſſet, *in medio annotat. deleatur illud*: Panis enim ex ſua natura non habet vt cibet: ſed ex verbo Dei.

In illa verba, Ego ſum: nolite timere, *in fine annot. deleatur illud*: Solum autem eum timorem prohibet, qui adiunctam habet infidelitatem.

In illa verba, Quæritis me, nō quia vidiſtis ſigna, *in medio annotationis, deleatur illud*: ſiue ſaluetur, ſiue dānetur.

In illa verba, Operamini non cibum qui perit, *deleatur illud*: immò hoc omnibus præceptum eſt.

In illa verba, Quid operaris, *deleatur illud*: Qui verè credit, is ſemper, & omnibus gratus eſt.

In illa verba, Et eum, qui venit ad me, non eijciam, *circa finem annotat. deleatur illud*: adhærens Chriſto, certus es de prædeſtinatione tua.

In illa verba, Quia deſcendit de cælo, *circa fin. annotat. deleatur illud*: tu ſumma iniuſtitia.

In illa verba, Hæc eſt enim voluntas eius qui miſit, *deleatur tota annotatio eorum verborum*.

In illa verba, Quia dixiſſet, Ego ſum panis, qui de cælo, *paulò poſt initium annotationis, deleatur illud*, Qui enim verè credit Chriſtum panem eſſe vitæ, *&c. vſque ad illa verba*, ſtudioſè accurrit.

In illa verba, Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare? *in principio annotationis, deleatur illud*: Quando enim ſubit quæſtio, quomodo aliquid fiat, ſimul ſubit incredulitas.

Ibidem, circa finem, deleatur illud: Quod Deitas & humanitas

Digitized by Google

nitas vna ſint perſona.

In illa verba, Multi ergo ex diſcipulis eius audientes, *circa finem annotationis, deleatur illud*, ſic verbum Dei, & ſcripturæ, *&c. vſque ad illud*, Iudæis, vel Gentibus.

In illa verba, Spiritus eſt qui viuificat, *ad medium annotat. deleatur illud*: Sic omnis verè Chriſtianus, quãtumuis adhuc corpus habeat, tamen ſpiritualis dicitur.

In illa verba, Caro non prodeſt quidquam, *in principio annotationis, deleatur illud*, Et econtrà, quia indiuiſibilis perſona eſt.

Ibidem, ad medium annotat. deleatur illud, Deus impijs nihil prodeſt, *&c. vſque ad illa verba*, non pẽdebat in Cruce.

In illa verba, Verba quæ ego loquor ſpiritus & vita ſunt, *paulò poſt initium annotationis, deleatur illud*, iam erunt vobis ſpiritus viuificans, *&c. vſque ad illa verba*, ſi fide arripiantur.

Ibidem ante medium annotationis, deleatur illud, Adhæc, non ſequitur corpus Chriſti, *&c. vſque ad illa verba*, immundis enim omnia immunda.

Ibidem, paulò inferiùs, deleatur illud, Iuxtà hoc tamen ingenuè, & audenter confitemur, *&c. vſque ad illa verba* quemadmodum promiſit.

Cap. 7. in illa verba, Tempus autem veſtrum ſemper eſt paratũ, *in fine annotationis, deleatur illud*, Hoc eſt quod in vobis latet: nempè, peccatum ſemper facitis.

Cap. 8. in illa verba, In lege autẽ Moyſes præcepit huiuſmodi, *ſtatim in principio annot. deleat. illud*, Lex autẽ nõ ideò punit. *&c. vſque ad illud*, ſatisfactio pro peccatis.

In illa verba, Digito ſcribebat in terra, *paulò poſt initium annotat. deleatur illud*, Lex in lapidibus ſcripta duros

reddidit, *&c. vſque ad illa verba*, ſuperbos efficit.

I*n illa verba*, Neque me ſcitis, neque patrem, *in fine annotationis, deleatur illud:* Lex autem, etiam ſi Deum oſtendit, verùm tantùm vt iudicem eum proponit.

I*n illa verba*, Si enim non credideritis, *in princip. annotationis, deleatur illud*, vbi enim ea eſt, ibi manent omnia peccata.

I*n illa verba*, Seruus autem non manet in domo, *paulò poſt initium annotationis, deleatur illud*: in oculis tamen Dei ab eccleſia, vt putridum membrum, reſecatus.

I*n illa verba*, Et deſideria patris veſtri vultis facere, *in princ. annot. deleatur illud:* inuiti, & repugnantes.

I*n illa verba*, Cùm mendacium loquitur, ex proprio loquitur, *in medio annotat. deleatur illud*: ex ſeipſo nihil, niſi mendacium loquitur.

I*n illa verba*, Quinquaginta annos nondum habes, *circa finem annotationis, deleatur illud*, rationi humanæ ſtultiſſimæ videntur Dei promiſſiones.

Cap. 9. *in illa verba*. Abijt, lauit, & venit videns, *in medio annotationis deleatur illud*, Si enim propter peccata ſua, *&c. vſque ad illa verba*, electos eſſe meritis.

In illa verba, Iam enim conſpirauerant Iudæi, *paulò poſt medium annot. deleatur illud*, ſic excõmunicatio interna fit, quando per infidelitatem, *&c. vſque ad illa verba*, pius ad extra.

Cap. 10. *in illa verba*, Erit vnum ouile, *ante medium, & verſus finem, loco*, omnium electorum, *legatur*, omnium fidelium.

Cap. 11. *in illa verb*. Sed pro gloria Dei, *paulò poſt initiũ, vbi legitur*, ſapiẽtia rationis humanæ, *legatur*, ſapiẽtia mũdi.

In illa

In illa verba, Venit ergo, & inuenit eum quatuor dies habentem, *paulò poſt initium annotat. deleatur illud*, vt nulla ſpes reſurrectionis eſſet.

Cap. 12. in illa verba, Sine illam vt in diem ſepulturæ ſeruet, *circa fin. annotat. vbi legitur*, ſicut econtrà ingrata ſunt, *legatur*, ſicut econtrà non ſunt grata.

In illa verba, Nunc iudicium eſt mundi, *poſt medium annotat. deleatur illud*: eos eſſe electos, & prædeſtinatos, & ſaluandos qui in me credunt.

Cap. 13. in illa verba, Introiuit igitur ſathanas in Iudam, *circa fin. annotat. deleatur illud*: vt deinceps nihil aliud poſſet, quàm quod diabolus præcipiebat.

In illa verba, In hoc, inquit, cognoſcent omnes quòd diſcipuli mei eſtis, *in fine annotat. deleatur illud*, fides facit diſcipulum Chriſti, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Cap. 14. in illa verba, Nemo venit ad patrem, niſi per me, *in princip. annotat. deleatur illud*, Ratio humana ignorans Dei, deinde peccata, prætereà lex, *&c. vſque ad illud*, poſtremò etiam.

In illa verba, Ille docebit vos omnia, *deleatur à principio annotationis, vſque ad illud*, qui Spiritum ſanctũ habẽt.

In illa verba, Et ſuggeret vobis quæcunque dixi vobis, *in fine, deleatur illud*, nihil aliud eſt, quàm remiſſio peccatorum.

In illa verba, Et in me non habet quidquam, *in fine annot. deleatur illud*: Atque adeò, nec membris eius.

In illa verba, Surgite eamus hinc, *ad medium annotationis, deleatur illud*, vbi autem ſunt mœror, *&c. vſque ad illa verba*, proponit verbum Dei.

Ibidem circa finem annotat. deleatur illud, Chriſtianiſmus nanque

Digitized by Google

nanque nedum non patitur iacentes in peccatis, ſed nec otioſos.

Cap. 15. *in illa verba*, Et pater meus agricola eſt, *circa finem annotat. vbi legitur*, vineam ſuam reſpicere, hoc eſt electos, *deleatur illud*, hoc eſt electos.

In illa verba, Quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius, *ante medium annotat. deleatur illud*, Qui enim peccati, & diaboli ſeruus eſt, *&c. vſque ad illud*, quid in futuro de bonis & malis facturus ſit.

Cap. 16. *in illa verba*, Sed venit hora, vt omnis qui interficit, *prope finem annotationis, deleatur illud*, Sicut enim fides non eſt fides, *&c. vſque ad finem annotat.*

I*n illa verba*, Vſque modo non petiſtis quidquam. *circa finem annot. deleatur illud*, Lex enim peccata oſtendens, *&c. vſque ad illa verba*, ingrediamur ad Deum.

Cap. 17. *in illa verba*, Manifeſtaui nomen tuum hominibus, *circa fin. annotat. deleatur illud*, non omnes homines credituros: ſed ſolos electos.

I*n illa verba*, Tui erant, & mihi dediſti eos, *deleatur illud*, Certus eſto te à Deo eſſe prædeſtinatum.

I*n illa verba*, Sermo tuus veritas eſt, *deleatur illud*, Sola igitur doctrina mea ſimplex, *&c. vſque ad illa verba*, æternam fœlicitatem.

Cap. 18. *in illud*, Ieſus itaque ſciens omnia quæ ventura, *aliquamò ante fin. annot. deleant. illa verb.* A ſolis enim electis, & credentibus nominatur, & agnoſcitur eſſe Chriſtus Meſſias, Rex & ſaluator.

I*n illud*, Vt ergo dixit, Ego ſum, abierunt retrorſum, *circa fin. annot. deleātur illa verba.* Nunquàm autē vincitur.

I*n illa verba*, Conuerte, inquit, gladium tuum in locum ſuum,

Digitized by Google

ſuum, *ſtatim in princip. annotat. deleatur illud*: Gladius omnibus priuatis perſonis interdictus eſt.

Cap. 19. *in ea verba*, Et ligauerunt eum linteis, cum arômatibus, *circa fin. annotat. deleatur illud*: Nullum opus è ſumptu, vel ſpecie, æſtimandum eſt: ſed è fide.

Cap. 20. *in illa verba*, Quorum remiſeritis peccata, *&c. in medio annot. deleatur illud*: Tàm certus ſit remiſſionis peccatorũ, quàm ſi idem verbũ ex ore meo audiret.

In Ioannis. 1. Canonicam.

Cap. 2. *in illa verba*, Sed ſi quis peccauerit, aduocatum habemus, *&c. paulo poſt initium annotationis, deleatur illud*: Immò ne eum quidem à gratia Dei excludit, qui ex temeritate mera, & voluntariè peccauit: dũmodò vel adhuc à peccatis ceſſet.

Cap. 3. *in illa verba*, Omnis qui in eo manet non peccat, *ante medium annot. deleatur illud*, Sanctificare enim ſeipſum eſt, non peccare.

I*n illa verba*, Qui facit peccatum ex diabolo eſt, *circa fin. annotat. deleatur illud*, non enim ſimpliciter omnis qui peccat ex diabolo eſt, *&c. vſque ad illud*, obſtinatè & perſeueranter.

I*n illud*, In hoc apparuit filius Dei, *&c. circa finem annotat. deleantur illa verba*, Nihil horum in electis ſuis patitur: peccatum enim expellit, mortemque abolet.

I*n illa verba*, Qui non deligit manet in morte, *aliquantò ante fin. annot. deleatur illud*: Nec enim alia vera eſt vel fides, vel charitas.

I*n illa verba*, Qui fratrem ſuum odit homicida eſt, *in fine annotationis, deleatur illud*: Aut à Dei gratia excludit.

In illa

Digitized by Google

In illa verba, Qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo, *deleatur illud*, ne quis elabi poſſit, alterum ab altero ſeparando.

Cap. 4. in illa verba, Omnis autem ſpiritus qui ſoluit IESVM, *circa fi. annotat. deleatur illud*, Impoſſibile igitur eſt, vt qui electi ſunt ſeducantur.

In illa verba, In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, *deleatur tota annotatio.*

Cap. 5. antequàm textum aggreditur, deleāt. illa verb. Verùm etiam oſtendere quod ea opera non aliunde, *&c. vſq; ad illud*, neque quidquam prodeſſe poſſunt.

In illa verba, Et omnis qui diligit eū, qui genuit, *in principio annotat. deleatur illud*, per fidem efficimur filij Dei.

Ibidem circa finem, deleantur illa verba, Fidem non eſſe otioſum quid, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Ex eiuſdem Feri Exegeſi in epiſtolam ad Romanos.

Cap. 1. in illa verba, ſeruus, *&c. deleatur illud*, Erubeſcāt igitur, *&c. vſque ad*, Qui maior eſt veſtrum ſit miniſter.

In illa verba, Ex reſurrectione mortuorum, *in fine annotationis, deleatur illud*, Econtrâ ignorantia Dei, omnium malorum fons, & origo eſt.

In illa verba, Qui veritatem Dei, *in principio annotationis, deleatur illud* : Eſt habere fidem hiſtoricam, immò diabolicam quandam Dei notitiam abſque pio affectu. *Et paulò poſt in illa verba*, quia quod notum eſt Dei, *in principio annotationis, deleatur illud*, omnes qui impij in corde ſunt, *&c. vſque ad illud*, nihilominùs mali remanſerunt.

In illa

Digitized by Google

In illa verba, Et obſcuratum eſt, *deleatur illud*, cùm non ſit aliud calamitoſius, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Cap. 2. in illa verba, Si legem ſeruaueris, *In medio ferè annotationis, deleatur illud*: Idem dicere poſſumus de baptiſmo: qui inutilis eſt, niſi cum adultus fueris credas in Chriſtum, te regenerantem.

Cap. 3. in illa verba, Primò quidem quia illis credita, *in fine annotationis, deleatur illud*, Ita nihil videmus ſine verbo Dei, *&c. vſque ad illud*, Sic verbum Dei non prodeſt excæcatis, & ceſſatoribus.

In illa verba, Omnis homo mẽdax, *deleatur integra annot.*

In illa verba, Simul inutiles facti ſunt, *deleatur illud*: Vbi igitur defectus eſt fidei, *&c. vſque ad illa verba*, ex fide peccatum eſt.

In illa verba, In conſpectu eius, *deleatur illud*: Nempe fides: obſerua duplicem iuſtitiam, *&c. vſque ad finem annotationis.*

In illa verba, Per illius gratiam, *deleatur illud*, fauor Dei primũ eſt, quo ſaluamur, *&c vſque ad finẽ annotationis.*

In illa verba, Ad oſtenſionem iuſtitiæ, *in fine annotationis deleatur illud*, vt humana confunderet: videreturque nihil eſſe, niſi pannus menſtruatæ.

Cap. 5. in illa verba, Sicut per vnum hominem, *deleatur illud, quod eſt antè medium annotationis*, Verè enim peccatũ, tametſi impijs non reputetur, eò quod reſiſtant.

Cap. 6. In illa verba, gratias Deo, *deleatur illud*, Conſequitur, quod etiam omnia opera noſtra, *&c. vſque ad illud*, ex fide peccatum eſt.

Capit. 7. in illa verba, An ignoratis, *in principio annotationis, deleatur illud*, Chriſtianus dominus eſt omnium: non

non quòd nulli, *&c. vſque ad finem annotationis.*

In illa verba, Quid ergo dicemus? lex peccatum eſt? *in principio annotationis, deleatur illud.* Quin potiùs omnibus ijs tantùm ad peiora irritatur, *&c. vſque ad finem annotat.*

Cap.8. In illa verba, Vos autem non eſtis in carne, *in principio annotationis, vbi legitur,* corpus habent adhuc etiã Chriſtiani, *dicatur,* boni Chriſtiani, *aut* iuſti.

In illa verba, Si ſecundum carnem vixeritis, *deleatur illud,* Secundum carnem viuere non tantùm eſt voluptatibus ſeruire, *&c. vſque ad illa verba,* de morte æterna.

In illa verba. Scimus quoniam diligentibus Deum, *deleatur illud,* Miram hîc Chriſtiani hominis dignitatem vides, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Cap. 11. *In illa verba,* dico ergo, *deleatur illud:* ad ſolos prædeſtinatos pertinent promiſsiones.

*Cap.*12. *In illa verba.* obſecro vos. *deleatur illud:* Chriſtianus homo, etſi non indigeat lege coercente, tamen indiget lege dirigente.

Cap. 16. *in illa verba,* ei autem, *&c. deleatur illud:* Nempè quod ſola fide in Chriſtum, & nullis meritis noſtris, iuſtificemur.

Qui locos in commentarijs Ioannis Feri in Euangelium, & canonicam Ioannis, & epiſtolam ad Romanos, notatos malit ad æditionem Complutenſem caſtigare, quàm penitùs delere, eius rei penès ipſum liberum arbitrium eſto.

Ex comment. In Eccleſiaſten.

Expungatur Epiſtola Franciſci Behem, *Typographi Colonienſis, quæ præfigitur operi.*

Cap.2.

Digitized by Google

Cap.2. In illa verba, Dixi ergo in corde meo, *in fine annotationis, deleatur illud:* Verè autem Chriſtianus non fugit labores, ſi res ipſa ſit bona: nec curat voluptatem, ſi res ipſa ſit mala. Quod ſi verum eſt, conſequitur, paucos eſſe verè Chriſtianos.

Ibidem in illa verba, Abſtrahere à vino carnem meam, *deleatur illud:* Sed nec finis bonus erat, qui erat quærere ſapientiam illam humanam, atque politicam.

Cap. 4. in fine ad illa verba, qui neſciunt quid faciunt mali, *in fine annotationis, deleatur illud:* Sic ſummum malum eſt, in operibus noſtris, & meritis confidere; hoc enim eſt meritum Chriſti blaſphemare.

Cap. 7. in illa verba, Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, *&c. in fine annotationis, deleatur illud:* Immò nec bònum facit homo, in quantum homo: ſed in quantum Chriſtianus, & per Chriſtum in alium hominem regeneratus. Relinquitur ergo, quod ſemper peccat, nec quidquam gratum Deo facit.

Cap. 8. in principio in illa verba, Sapientia hominis lucet, *&c. ante medium annotationis, deleatur illud:* Vera ſiquidem fides, ſi in corde fuerit, ſeſe exerit in opera pia, facitque vt lingua, & oculi, & manus, ad bonum dirigantur, iuxtà illud, Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit.

Capit. 9. in illa verba, Neſcit tamen homo vtrùm amore, vel odio, *&c. in principio annotationis, deleatur illud:* Immò, cum fides nihil aliud ſit, quàm certa & conſtans fiducia beneuolentiæ diuinæ erga nos.

Ibidem, paulò inferiùs, deleatur illud: Fides miſericordiam Dei ſolam, eiusque promiſsiones intuetur: & ſecun-

Digitized by Google

ſecundùm hoc, certi ſumus de diuina beneuolentia.
Ibidē, in fine annotationis, deleantur illa verba: Is enim Deo gratus eſt, *&c. vſque ad illud,* propitiam fortunā ferat.
Ibidem, ad finem cap. in illa verba, Melior eſt ſapientia quàm, *&c. in medio annotat. deleatur illud,* Charitas autem fortitudinis locum obtinet, *&c. vſque ad illa verba,* per ipſam enim iuſtificamur.

IOANNES FORSTERUS Auguſtanus.

Ex Ioannis Forſteri dictionario Hebraico.

Expungatur primùm epiſtola dedicatoria.
In initio præfationis, deleantur illa verba, Poſt inſtauratam euangelij doctrinam.
In eadem præfatione, duobus ante finem folijs, deleantur illa verba, Et cùm nunc aduerſarij veritatis etiam ſtudeát in hac lingua, *&c. vſque ad illud. 24. poſt linea,* quàm quod eiuſmodi præſtigijs aduerſariorum euertātur.
Ibidem. 20. circiter poſt ea verba linea, deleatur illud, Quid in veteri tranſlatione potuit verti gloriæ Chriſti, & merito paſſionis ſuæ, magis contumelioſum, *&c. vſque ad finem ſectionis, ibi,* ignorantia Hebrææ linguæ, multipliciter detorta, ac deprauata eſt.
Ibidem proximis verbis, & ſectione, deleatur illud, Poſſem eiuſmodi errata (ne quid durius dicam) in veteri trāſlatione, præcipuè verò in pſal plurima in mediū producere, ſi hic locus eſſet, & poſtularet neceſſitas.
In radice, אבן & in dictione, אומנה *deleantur illa verba:* Et in droctina Euangelij ſignificat fiduciam miſericor-

ſericordiæ promiſſæ, propter Chriſtum mediatorem, quæ in terroribus conſcientiæ cor hominis erigit, viuificat, & ſuſtentat.

In radice ברח *deleantur illa verba,* Et inter illos Bernardus Zieglerus doctor Theologiæ, ac linguæ Hebraicæ ordinarius profeſſor.

In radice, כלא*, atque in ſecunda cōiugatione poſt .20. lineas deleantur illa verba,* Sicut poſtea κακοζηλία Romana eccleſia, *&c. vſque ad illud,* Miſſas legendi & celebrandi.

In radice כשם *in dictione* כשמה *ad medium deleantur illa verba,* Fide in Chriſtum regeneratus.

In radice עלם *in dictione* עולם *ad finem primi.* §. *deleantur illa verba:* Quo docetur ſola Dei miſericordia, fide propter Chriſtum iuſtificari hominem, abſque vllis operibus legis.

Ibidem. §. 3. *in principio, deleātur illa verba,* Non ſola in Chriſtum fide nos iuſtificare: ſed iuxta.

Eodem. §. *verſus finem, deleātur illa verba,* Et nedum legem ceremonialem eſſe abrogatam, *&c. vſque ad illud.* ea nemo præſtet, aut præſtare queat.

In radice צדק *dictione,* צדק *deleantur illa verba,* ſi abſolutè legitur, de politica & publica intelligendum eſt, *&c. vſque ad illa verba poſt integram paginam,* Propter notitiam iuſtitiarum Iehoua. *Deleatur etiam proxime ſequens.* § *totus vſque ad illa verba:* Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam.

In radice דכב, *ad finem radicis deleantur illa verba,* atque diligenti ſcripturarum conſideratione, *&c. vſque ad illud,* aſſequi minimè poſſumus.

In radice שאל *dictione* שאול *deleatur ab illis verbis.* Ego in

S ea ſum

Digitized by Google

ea ſum ſententia, quod exiſtimem, *&c. vſque ad finem totius radicis.*

In radice שור *ad finem radicis deleantur illa verba*: Ex opere operato merentibus remiſſionem peccatorum.

In radicibus גלל, *&* נכר, *&* נצה, *&* קוט, *&* קום, *&* קרע, *citatur epiſtola ad Heb. his verbis:* autor epiſt. ad Heb. *ex his omnibus locis, atque alijs, vbi eodem modo citatur, deleantur illa duo verba,* autor epiſtolæ.

IOANNES PETRVS de Ferrarijs.

Ex Ioannis Petri de Ferrarijs practica: in impreſſis Lugduni, apud Iacobum Berionum, anno. 1541. in. 8.

In forma libelli in actione reali, fol. 11. col. 3. num. 56. verſic. Tertius eſt modus, *ab illis verbis,* quæ conſumunt *vſque ad* per ingreſſum, *deleatur.*

In eadem forma libelli, fol. 12. col. 2. num. 68. verſic. Habes ergo ex præmiſſis, *ab illis verbis,* ſic quod habuit, & habet, *vſque ad,* vt eccleſia non teneatur, *deleatur.*

In forma reſponſionis rei conuenti in. §. Tanquàm publicè excommunicatum, fol. 41. col. 1. ab illis verbis, Et ſic nota quomodo, & quot modis, *vſque ad,* Alia eſt prætereà pœna, *deleatur.*

In eadem forma. §. præſcriptionis, fol. 45. col. 4. numer. 24. ab illis verbis, Nec vnquam quieſcet, *vſque ad,* decimus eſt quo ceſſat. *deleatur.*

In eadem forma, fol. 47. col. 1. num. 28. ab illis verbis, Seruetur ius, *vſque ad,* veruntamen, *deleatur.*

In forma opponendi contra inſtrumenta. fol. 75. col. 1. §. contra

ius

Digitized by Google

ius elicitum, nu. 2. ab illis verbis. maximè in curia, *vſque ad*, Eſt itaque ſciendum, *deleatur.*

In eadem forma. §. fol. col. & num. ab illis verbis, prout moderno tẽpore, *vſque ad*, veruntamẽ in dubio, *deleatur.*

In forma appellationis à ſententia diffinitiua. fol 91. col. 2. §. Et ad quemcunque, nu. 1. ab illis verbis, quod ideo prouiderunt, *vſque ad*, de iure autem ciuili, *deleatur.*

In forma actionis confeſſoriæ pro ſeruitutibus fol. 114. col. 4. in §. Plenam, *à principio vſque ad*, Ad propoſitum itaque deſcendendo. *deleatur totum.*

In forma libelli quo vxor agit ad dotem. §. Matrimonium legitimè contraxit fol. 124. col. 3. num. 11. ab illis verbis: Qui habet laicos, *vſque ad*, Quod ſi plures, *deleatur.*

In eodem. §. fol. & columna, num. 15 ab illis verbis, Quam diſpenſationem, *vſque ad*, cognatio, *deleatur.*

In forma libelli, quo agitur ad reddendum rationem tutelæ. §. ad executores, fo. 143. col. 4. num. 3. verſic. His præmiſſis, ab illis verbis, de quo immenſe, *vſque ad*, vt eſt tex. in clement. Exiui, *deleatur.*

I*n eadem forma & . §. fol. 144. col. 1. nu. 7. verſic. Vltrà quæritur, ab illis verbis*, Et per hoc trahunt, *vſque ad*, quam poteſtatem, *deleatur.*

I*n forma libelli ſuper petitione reſtitutionis in integrum. §. Tunc iurauit, fo*l. 168. *col. 3. nu. 14. ab illis verbis*, quæ deſtruunt, *vſque ad*, vt habetur in. c. cum contingat, *deleatur.*

I*n forma libelli in actione hypothecaria. §. Sine aliqua vſurarum conuentione, fol. 178. col. 4. num. 5. verſi. Quidã ſunt, paulò ante finẽ, ab illis verbis*, ſunt tamẽ nonnulli qui dicunt, *vſque ad*, in omnibus autẽ ſupra ſcriptis, *deleatur.*

I*bidem paulò inferiùs, poſt tres tamùm lineas, ab illis verbis.*

S 2 credi-

Digitized by Google

Creditur tamen à pluribus, *vſque ad*, fui præterea interrogatus, *deleatur.*

In forma libelli pro hæreditate ab inteſtato deleat. §. nulliſque ſuperſtitibus, fo. 217. *col.* 4. *nu.* 17. *ab illis verbis*, & vtrũque ius, *vſque ad*, quia in humanum erat, *deleatur.*

In forma libelli, pro hæreditate, vel re ſingulari diuidenda. §. Omnis communio, fol. 239. *col.* 4. *ab illis verb.* ſed aduerte, *vſque ad verſic.* & negligi ſolet, *deleatur totum.*

In forma inquiſitionis. §. Hæc eſt quedã inquiſitio, fol. 244. *col.* 2. *num.* 31. *paulò poſt principium, ab illis verbis*, Ego dico, ſalua reuerentia, *vſque ad verſic.* Amplius quæritur, *ſub. nu.* 32. *deleatur.*

IN IRENAEI opera annotationes

Ex annotationibus Eraſmi Roterodami in Irenæi opera.

Libro. 1. *aduerſus hæreſes Valentini, cap.* 18. *circa principium, deleant. ex margine illa verba*, Forma baptiſmi.

In argumento lib. 5. *paulò poſt principium, deleãtur illa verba.* De purgatorio nulla mentio.

I*bidem, in medio deleantur illa verba:* In quo errore fuiſſe videtur Ioannes Pontifex Romanus, eius nominis vigeſimus, coactus, opera Theologorum Pariſiorum, ad palinodiam, coram Galliarum Rege Philippo, non ſine buccina: quod indicat Ioannes Gerſon in ſermone de Paſcha.

In

Digitized by Google

In Indice Irenæi delenda ſunt quæ ſequuntur.

Α. in corpore caput regit.

Ibi, Adam perdidit nobis imaginem Dei, *legendum eſt*, Adam perdidit nobis, ſecundùm imaginem, & ſimilitudinem, eſſe Dei.

Animas non ſtatim iudicium accipere.

Β. literam Chriſtus noluit exprimere, magiſtro non iubente.

Κ. in corpore tibias regit.

Χ. manus habet in corpore.

Chaos ex nocte & ſilentio progenitus.

Chriſtus imaginem Dei nobis recuperauit.

Cælos ſeptem eſſe: & Demiurgum eos regere.

Collum ex quibus literis ſimuletur.

Corpus quibus literis figuretur.

Crura quibus literis finguntur.

Cupido ex chao & nocte generatus.

Δ. in homine pectus habere.

Dæmones eſſe ſeptẽ humano generi ſemper reſiſtẽtes.

Demiurgus omnium Rex

Demiurgo nullus Deus præponendus.

Demiurgo ſeruire lex iubet.

Dodecas æonum quid ſignificet.

Ε. litera, in nomine IESV quid ſignificet.

E. cinctum regit in corpore.

Eccleſiæ vocales attribuuntur.

Ενός, quæ ſit virtus.

Fæmora ex quibus conſtent literis.

Γ, humeros in homine poſſidere.

Genua quibus conſtent literis.

Digitized by Google

Generare à ſathana eſſe.
Hebdomas cur Demiurgus dicatur.
Henoſis vna æonum.
Humeri ex quibus literis compoſiti.
Helicon ſalutis capacem non eſſe.
I, genua regit in corpore.
I, litera in nomine IESV quid ſignificet.
H, verenda poſſidet in corpore.
Ioannes Papa ad palinodiam redactus.
λ, in corpore crura ſibi vendicat,
λυτρώτης confirmat ſophiam.
M, literam duabus, λλ conſiſtere.
M, pedes ſibi vendicat.
Manus ex quibus literis compactę ſunt.
Menſes octodecim cum diſcipulis à reſurrectione conuerſatum fuiſſe Chriſtum.
Michael ſerpentis nomen.
Mundum coſmocratoris ſedem eſſe.
N, in corpore ſibi vendicat pedes.
Nomen triginta literarum admirabile.
Nox chaos generat.
o, tibias in corpore poſſidet.
Octonatio prima quæ omnium dicatur.
Ω, caput poſſidet.
Ὀδὸς virtus incomprehenſibilis.
Π In corpore genua poſſidet.
Πατρικός, ex homine & eccleſia.
Pectus ex quibus literis compoſitum.
Pedes ex quibus literis compagem ſuam habeant.
Ψ. Collum regit in corporali conſtitutione.

Quina-

Quinarius viſcerum.
ρ. Fœmora habet in corpore.
Σ. Verenda regit in corpore.
Sacrificia non ſanctificant.
Samuel ſerpentis nomen.
Serpens qui & Nus.
Signis hominem non iuſtificari.
Simon iuſtus typus Demiurgi.
Τ. Regit ventrem in corpore.
τελειότης eccleſiæ datur, & homini.
τετρὰς, prima veritatis.
θ. Fœmora regit in corpore.
Σ. Vendicat ſibi crura in corporali conſtitutione.
ζωὴ Ab vnigenito emiſſa.

IN. D. IOANNIS Chryſoſtomi operum Indice.

Ex indice in D Chryſoſtomum, Baſilææ à Frobennio excuſſo.

Verbo Accidere, *deleantur illa verba*, Accidere multa præter voluntatem Dei:

Verbo Adulter, *in fine*, *deleatur illud*, In adulterium vxoris cur non conſenſerit Abraham.

Verbo Apoſtolus, *ad medium*, *deleatur illud*, Apoſtolorum doctrina facilis, omnibuſque peruia.

Verbo Auguſtinus, *deleatur illud*, Auguſtinus taxatur.

Verbo Baptiſmus. *deleatur illud*, Baptiſmi iterationem videtur approbare.

Verbo Bonitas, *deleatur illud*, Nullum bonum homi-

nis poteſt eſſe coram Deo acceptabile.
Verbo Cœna, *deleantur illa verba,* Cœna Dominica communis, non priuata.
Verbo Confiteri, *in principio deleantur illa verba,* Confitenda Deo peccata, non homini.
Verbo Deus, *circa finem deleantur illa verba,* A Deo ſolo omnia petenda.
Verbo Eccleſia, *circa principium, deleatur illud,* Eccleſia eſſet relinquenda ſacerdotibus hæreticis, ſi nota eſſet veritas.
I*bidem, paulò poſt, deleatur illud,* Eccleſia in conſummatione mundi deſolanda.
I*bidem, paulò poſt, deleatur illud,* Eccleſia non ſuper hominem, ſed ſuper fidem, ædificata.
I*bidem, circa medium, deleatur illud,* Eccleſiæ conſtitutum paſtorem Petrum dicit.
Verbo Fides, *circa principium, deleatur illud,* Fides ſola à iuſtificato requiritur.
I*bidem, paulò poſt medium, deleatur illud,* Fidem per ſe ſaluare, poſſeque eſſe, & iuſtificare ſine operibus: non autem contrà.
I*bidem, inferiùs, deleatur illud,* Fidem ſolam ſaluare.
I*bidem, paulò poſt, deleatur illud.* Fide ſola iuſtificari.
I*bidem, circa finem, deleatur illud,* Fide credere ſatis eſſe.
Verbo Fornicatio, *paulò poſt principium, deleantur illa verba,* Fornicationem vocat ſecundas nuptias.
Verbo Gratia, *ad medium, deleatur illud,* Gratiam dare, Dei eſſe: fidem verò exhibere, hominis.
Verbo Hæreſis, *prope fin. deleatur illud,* Hæreticos Chriſtus vetat occidi.

Linea

Digitized by Google

Linea ſequenti deleatur illud, Hæreticos cur noluerit Chriſtus trucidari.

Item illud paulò inferiùs, Penes hæreticos nulla eccleſia, neque etiam ſacramenta.

Verbo Hieronymus, *in princip. deleatur illud*, Hieronymus in matrimonium contumelioſus.

Verbo Homo, *paulò poſt princip. deleat. illud*, Homo magis venerandus, quàm ipſa eccleſia.

Verbo Ieiunium, *deleatur illud*, Ieiunium ſuadet: non præcipit.

Verbo Imago, *linea vlt. deleatur illud*, Coram imaginibus procumbere, quanta ſtupiditas.

Verbo Interceſſio, *deleatur illud*, Interceſſoribus non opus eſſe apud Deum: ſed pro nobis ipſis per nos accedendum.

Verbo Iuramentum, *in princip. deleat. illud*, Iuramentum, nec tantùm periurium, à Chriſto prohibitum.

Linea ſequenti deleatur illud, Iuramentum, non ſolùm periurium, euellendum.

Ibidem, circa finem, deleatur illud, Iurare ne in re iuſta quidem, licet.

Ibidem, inferiùs, deleatur illud, Iurare omninò malum, ac diabolicum.

Verbo Iuſtum, *in princip. deleat. illud*, Iuſtus ne in operibus confidat, quantuncunque bonis.

Ibidem, circa fin. deleat. illud, Iuſtificatio ex fide ſola, ſine operibus.

Verbo Mandatum, *prope fin. deleatur illud*, Mandatis Dei addere, diaboli conſuetudo.

Verbo Martyr, *deleatur illud*, Martyrem quidem iuuare

poſt

Digitized by Google

poſt mortem potiùs officere ſegnibus.
Ibidem, poſt medium, deleatur illud, Martyres colere pſeudochriſtianos.
Verbo Matrimonium, circa fin. deleat. illud, Matrimonium non eſſe placitum Deo.
Item linea ſequenti, deleat. illud, Inter matrimonium ac fornicationem videtur nihil facere diſcriminis.
Verbo Mereri, in princip. deleat. illud, Meritum proprium hominis peccatum.
Item paulò poſt, deleatur illud, Meritum nullum, niſi quod à Chriſto confertur.
Verbo Oblatio, ad medium, deleatur illud, Oblationem vocat cœnæ celebrationem: & eandem nunc offerri, quam Chriſtus diſcipulis dedit.
Verbo Peccatum, ante medium, deleatur illud, Peccatum eſſe coniunctionem maritalem dicit.
Item paulò poſt, deleatur illud, Peccatum ipſam naturam eſſe etiam ſine voluntate peccati.
Item ad medium deleatur illud: Peccatorum confeſſio ſoli Deo, & qualis facienda: quàm ſit neceſſaria, vtilis, ac ſalutifera.
Item paulò poſt, deleatur illud, Peccatorum remiſſio nulla extitit ante crucem.
Item circa finem, deleatur illud, Neminem peccare ignorantia iuſtitiæ.
Item paulò poſt, deleatur illud, Peccare ex ignorantia neminem, neque impunitum fore.
Verbo Preſbyter, in principio, deleantur illa verba, Preſbyteri orantis pro mortuis ſuperſtitio damnata.
Verbo Procurator, deleatur illud: Procuratorem filij Dei facit.

Digitized by Google

facit Spiritum ſanctum, eo minorem.

Verbo Propheta, *poſt medium deleatur illud*, Prophetas omnes vxores habuiſſe.

Verbo Pſalmus, *deleantur illa verba, paulò poſt principium*, Pſalmi in conuiuijs cantandi.

Verbo Punire, *ad medium, deleantur illa verba*, Puniri pios poſt mortem, impoſſibile.

Verbo Sacerdos, *poſt principium deleatur illud*, Sacerdotes etiam principibus iure diuino ſubditi.

Item circa medium, deleatur illud, Salus noſtra non ex merito noſtro, ſed ex voluntate Dei pendet.

Item in medio. deleatur illud, Salutem ex gratia ſola, non ex operibus, nec ex lege, eſſe.

Verbo Scriba, *paulò poſt principium, deleatur illud*, Sine ſcriptura diuina nihil aſſerendum.

Item paulò poſt, deleatur illud, Scripturæ diuinæ omnibus volentibus peruiæ, ac faciles.

Item paulò poſt, deleatur illud, Scripturarum ſacrarum lectio omnibus, ſine vllo diſcrimine, communis.

Item circa medium, deleatur illud, Scripturarum lectio omnibus neceſſaria.

Item in medio, deleatur illud, Scripturas legere omnibus, etiam mundanis, præceptum.

Verbo Sors, *circa medium, deleatur illud*, Filij & Spiritus ſancti æqualitatem apertè negat.

Item paulò poſt, deleatur illud, Spiritus ſancti dona ſolorum apoſtolorum.

Verbo Vacuus, *deleatur illud, circa finem*, Verbis Dei addere, aut detrahere inde qui audet, quantum incurrat arrogantię malum.

Verbo

Digitized by Google

Verbo Vita, *deleatur illud ad finem*, Poſt vitam hanc iuuare aut liberare poterit nihil.

IN IVSTINI
opera annotationes.

Ex annotationibus Ioan. Langi in Iuſtinum Martyrem, iuxtà impreſs. Frobenniorum anno. 1565.

Tomo. 1.

Delenda ſunt omnia, quæ de Euchariſtiæ ſacramento recenſet in annotationibus in orationem Iuſtini *ad Antonium Pium à fol.* 179. *vſque ad fol.* 199. *quod finis eſt orationis, vbi eſt reſcriptum Hadriani. Vel (propter varias impreſsiones) deleantur omnia ab illis verbis, quæ ſunt.* 10. *circiter folio ante finem orationis, Nimirum,* Huiuſmodi oblationem panis, vini, & aquæ fieri vidi epiſcopo in eccleſia noſtra Vratis lauienſi, quando is rem diuinam publicitùs fecit, *&c. vſque ad fin. totius orationis.*

Tomo. 2.

In *dialogo contra Tryphonem fol.* 67. (*& propter varias impreßiones.* 20. *circiter folio à principio diologi) deleantur illa verba*, Gloriæ ſcilicet relatio δοξολογία, & benedictio, & laus, & hymni. Tertullia. lib. 3. aduerſus Marcionem.

*Ibid. fol.*107. (*& propter varias impreßiones, fol. circiter.*40. *à principio dialogi) deleantur ex margine illa verba*: Ad ſcripturam ſacram omnia ſunt referenda in diſputationibus Theologicis.

LAV-

Digitized by Google

L

LAVRENTIVS Valla.

Ex annotationibus Laurentij Vallæ in Nouum teſtamentum, & libro de perſona contra Boethium.

Cap. 15. *Actorum, ad medium deleant.illa verb.* Maiores natu, ſeu ſeniores,accerſunt: & ſi ab initio,quia ſeniores ſeu maiores natu eligantur,*&c. vſque ad illa verba,* Hieronymus ad Euandrum ſcribens, qui has epiſtolas incipere facit preſbyter.

Epiſt. 1. *ad Corinth. c.* 15 *del.illa verb. in princ.capitis,* Et gratia eius in me vacua non fuit, *&c. vſque ad illud,* vt nihil dicant qui hanc vocant gratiã Dei cooperantem.

Epiſt. 2. *ad Corith. cap.* 7. *deleatur totum caput.*

Epiſt. ad Titum, cap. 1. *in princip. deleantur illa verb.* Quæ res ſi quid differt, in hoc differt, quod poterant plures in vna ciuitate conſtituti preſbyteri: qui ſunt ijdem epiſcopi, vt ipſa verba, quæ ſequuntur, indicant.

In libro de perſona, aduerſus Boethium.

Cap. 34. *deleantur illa verbà,* In Deo non eſt perſona magis, quàm in bruto.

LEO

Digitized by Google

LEO BAPTISTA Albertus.

Architectura de Leon Baptiſta Alberti.

Lib. 7. de la Architectura de Leon Baptiſta Alberto, cap. 13. lin. 4. en los impreſſos en Venecia, año. 1565. en lengua Italiana, ſe ha de quitar deſde donde dize, Ma ſe egli è bene, *haſta,* con farne troppa abondantia, *y lo miſmo ſe ha de quitar en los Latinos.*

LEONHARDUS FUCHSIUS.

Ex Leonhardi Fuchſij operibus.

In libro Methodi, ſeu rationis compendiariæ (iuxta priorem editionem Pariſijs ex officina Caroli Guillard, & Ioannis de Porgnij, anno. 1541. deleatur primùm Epiſtola nuncupatoria ad Huldricum Fabricium, *cuius initium eſt,* Cùm duæ potiſſimùm res, *&c.*

Cap. 17. de cibo & potu, verſus fin. deleant. illa verb. At vere paulùm cibo demendum, adijciendumque potioni, *&c. vſque ad illa verba, poſt integram fermè paginam,* per omnes regiones graſſatæ fuerint.

In editione autem poſteriori, nẽpe Pariſijs, apud Iacobũ du Puis anno. 1550. ſuperius caput de cibo & potu eſt num. 24. in eo, verbis immutatis, eadem ſententia continetur. Deleatur ergo locus ab illis verbis, Verno autem tempore paulùm cibo demendum, *&c. vſque ad illud poſt. 20. lineas* vere minimè eſſe ieiunandum.

Reliquæ impreſſiones huius operis, ad duas has, à nobis deſignatas, facilè poterunt reuocari.

In libro De vſitata huius temporis componendorũ medica-

dicamentorum ratione, *iuxtà priorem ſanè editionem, apud Carolum Guillard & Ioannẽ Roigni, præfixa eſt operi epiſtola dedicatoria ad* Georgium Voglerum, *cuius initium eſt*, Diu, multumque me hercle dubitaui, *&c. in eius medio, deleantur illa verba*, Quem latet quod hiſtoriæ palàm tradunt, *&c. vſque ad illud*, Imperatorem trucidare non ſit veritus.

I*n Germania addita fuit operi* Præfatio *ſcandaloſa, & multa aduerſus pietatem habens: expungatur.*

I*n libris octo* De curandi ratione, *lib. 4. cap. 12. de peſtilentia. 4. aut. 5. ante finem folio, deleãtur illa verba:* Sed extant ea de re doctiſſimõrum, *&c. vſque ad illud*, pluris facio, quàm centum aliorum.

I*dem opus circũfertur in. 5. tantùm libros diſtinctum, atque diuerſo titulo, nimirùm*, De ſanandis totius humani corporis malis, I*n eo præter* præfationem, *quæ tota eſt auferenda, nihil continetur à pietate abhorrens.*

In annotationibus eiuſdem Fuchſij ad Nicolaum Myrepſium.

I*n præfatione operis* Ad rempublicam Norimbergenſem, *aliquantùm poſt medium, nimirùm, vbi agit de tempore quo Nicolaus Myrepſius vixit, deleantur illa verba*, Quod ſi itaque in iſta veritatis luce, *&c. vſque ad illud*, falſa religione impoſuêre.

Sect. 1. de Antidotis, compoſitione. 298. *poſtremis verbis, deleatur illud*, Arida contere vnà cum liquidis: & hæc conficiendo dic, *ά, ί, όι, όυ, ώ.*

Ead. ſectione, deleatur tota compoſitio. 402. *cum annotatione ad eandem: cuius initium eſt*, Antidotus nobilis ad ſanguinis

guinis

Digitized by Google

guinis eruptionem, *&c.*

Eadem ſectione, deleatur tota compoſitio. 405. *cum eius annotatione: cuius initium eſt*, Adiuratio ad profluuium ſanguinis narium. Sonans in hunc modum, In nomine Patris, *&c.*

Sectione. 7. *de mulieribus, deleatur tota compoſitio ſexta, cum eius annotatione: cuius initiũ eſt*, Mulieri, vt mẽſtrua, *&c.*

Eadem ſectione, deleatur tota compoſitio. 13. *&.* 16.

Sectione. 12. *de Hedricis, deleatur tota compoſitio.* 28. *cum eius annotatione: cuius initium eſt*, Hedricum ad internas & externas eminentias, *&c.*

Sectione. 20. *de Hepaticis, deleatur tota compoſitio.* 14. *&.* 20.

Sectione. 21. *de ſuffimentis, deleatur tota compoſitio prima, cum eius annotatione: cuius initium eſt*, Thymiatis, ſuffimentiúe confectio Eſdrę prophetæ, *&c.*

Eadem ſectione, deleatur tota compoſitio. 6.

Sectione. 24. *de Collyrijs, deleat. tota cõpoſitio.* 85. *cuius initiũ eſt*, Collyrium oculare expertum, vocatũ Chryſocor.

Sectione. 37. *de oxymelitis, deleant. compoſitiones.* 94. *&.* 95.

In *commentarijs in ſextum epidemiorum Hippocratis, in epiſtola dedicatoria* Ad Albertum Brandẽburgenſem, *circa medium, deleant. illa verba*: Philippo præſertim noſtro Melanchthone, viro nulli nec Italorum, nec Gallorum ſecundo.

Eodem libro, in præfatione, verſus finem, deleantur illa verba: Philippus Melanchthon, magnum Germaniæ noſtræ decus.

Permittuntur tamen huius autoris Commentarij *in Hippocratis Aphoriſmorum ſectiones ſeptem & earumdem ſectionum verſiones.*

Item

Digitized by Google

Item permittitur Epitome *de humani corporis ſabrica, ex Galeno & Veſalio.*

Item *permittuntur*, Cómentarij *inſignes de hiſtoria ſtirpium.*

Item Errata recentium *medicorum.* 60. *numero: cum eorundem confutationibus Haganoæ impreſſa anno*. 1530.

Item *permittuntur*, De ſimplicibus *annotationes: qui libri poſtea* Paradoxa, *inſcripti ſunt.*

LEVINVS LEMNIVS.

Ex Leuini Lemnij libris quatuor de miraculis occultis naturæ.

Lib. 1. *cap.* 12. *deleantur illa verba*, Nec tantùm homines, ſed mentes quoque angelicæ, *&c. vſque ad illud*, cùm improbi ſe ad frugem conferunt.

Eodem libro, capit. 14. *verſus finem, ab illis verbis*, Cùm itaque tota ſpes, ac fiducia conſequendæ ſalutis, omnéque in extremis ſolatium, in reſurrectionis fide conſiſtat, *&c. vſque ad finem capitis, totum deleatur.*

Libro. 2. *capit.* 1. *verſus finem, deleantur illa verba*: Adeò vt voluntas, alioqui alacris & prompta, impetus conſiliorum, ipſaſque actiones, moderari nequeat.

Eodem lib. cap. 5 *ad mediũ, deleant. illa verb.* Sacrifici verò, & moniales, quoniam otio, ſomnoque dediti ſunt, *&c. vſq; ad illud*, ęgrè aduerſus hos morbos ſubſiſtũt.

Lib. 3 *cap.* 1. *ante medium, deleantur illa verba*, Condonans ſimul omnia nobis delicta, *&c. vſque ad illa verba*, tàm munifico domino innitantur.

Eiuſdem libri caput octauum totum deleatur.

Lib. 4. *cap* 15. *poſt medium, deleant. illa verba*, Non deſunt primarij, ac præcipui nominis viri, *&c. vſque ad illud*,

Digitized by Google

ante mundum cõditum,ac cælũ ſyderibus illuſtratũ.
Eodem lib. caput. 21. expungatur totum.

LEXICVS CHALDAICVS
Eliæ Leuitæ.

Ex libro, qui inſcribitur, Lexicum Chaldaicũ, autore Elia Leuita,*tollatur epiſtola,quæ incipit,*Theologo præſtantiſſimo.D.D.VVolphãgio Capitoni,PaulusFagius.

LILIVS GREGORIVS
Gyraldus.

Ex Lilij Gregorij Gyraldi libris de Dijs gentium.

Syntagmate. 1. duobus fol. cum dimidio ab eius principio, iuxtà impreſſ. Baſil. per Ioannem Oporin. anno. 1560. in fol. deleantur illa verba: Apud gentes verò,& prophanos,latria & dulia eodem ſenſu pro ſeruitute capiuntur.

Ibidem. 5. circiter fol. poſt ſuperiorem locum, deleantur illa verba: Quanquam & vereor, ne & aliqui mihi (vt hoc nunc tempore permulti ſunt, qui aliò res transferũt piè inſtitutas) vitio vertãt tot diuorum,diuarumque imagines,*&c. vſque ad illa verba. 6. poſt linea,* in primitiua quæ vocatur eccleſia. Nam.

Syntagmate vltimo. 8. folijs ante finem, deleantur illa verba, Hoc ideò attuli, vt eam flagellationem agnoſcas, quam hodie inter nos hi, qui religioſi, monachi, & confratres dicũtur, facere conſueuerũt, *&c. vſque ad illa verba, 5. poſt linea,* Quid eis rem diuinam facitis?

In

In eiuſdem Lilij Gregorij Gyraldi Hiſtoria poetarum tam Græcorum, quàm Latinorum.

Dialogo. 1.

Pag.47. lin.12. iuxta impreſ. Baſil. anno.1545. in.8. in verſic. Non enim multo. deleant. illa verba, Ad contundendam hominum arrogantiam, poetica facultate abutentium, vt alia pleraque.

Linea ſequent. loco verbi Vſurpauere, *legat.* aſſumpſere : *&* *deleantur verba ſequentia,* quò ſcilicet, ſibi homines addictos magis facerent.

Dialogo. 2.

Pag.219. lin.10. ibi, diuo Platone, *delea. verb.* diuo, *Deleatur etiã hæc eadem dictio, vel* diuus, *vel* diui, *vel* diuum, *dialog.3. pagina. 274. lin. 16. & pagina. 276. lin.5. ante fin. & pag.284. linea.14. & pagina.294. lin.10. ante fin. & pagina.310. lin.7. ante fin. & pag.314. lin.4. Et dialog. 6. pagina.754. lin. 4. Et dialog.9. pag.1034. lin.5. & vbicunque alibi huiuſmodi dictio Platoni tribuitur.*

Dialogo. 3.

Pagina.311. lin.1. deleãtur hæc verba : Adeò, vt de eo etiã illud ſit proditum, quòd de virgine matre Perictyone natus ſit, quæ Apollinis cõpreſſa fuerit phantaſmate.

Dialogo. 4.

Pag. 562. in verſic. Nam ſi quæ ego, deleantur hæc verba, Ex quo enim ad quæſtionum, *&c. vſque ad verſic,* At ne; quod me, *&c. in fin. pag. excluſiue.*

Dialogo. 5.

Digitized by Google

Pag. 662. vbi agit de Hydalberto, deleantur hæc verba ad fin. pag. Succurrit nunc mihi hoc eius de Roma diſtichō, *cum eodem mea diſticho, quod incip.* Vrbs fœlix, *&c.*

Dialogo. 6.

Pag. 692. lin. antep. deleantur, illa verba, Sed & hodie ipſe noui qui ſacerdotia, & quidem ampla, hac hiſtrionica arte ſunt aſſecuti.

Dialogo. 8.

Pagina. 938. *deleatur totus verſiculus*, At nunc (mihi apud vos, *&c. vſque ad verſic.* Sed iam plus nimio *excluſiuè*.

In Dialogis de poetis noſtrorum temporum iuxtâ impreſſionem Oporini, anno. 1560. in fol.

Dialogo. 2. vbi agitur de Oecolampadio, Bucero, Sturmio, & Philippo Melanchthone, paululùm ante med. dialogi, deleãt. illa verba: Sed hæc deflere potiùs, quàm emendare poſſumus: cùm quidem cum paucis ſapere melius ſit, & cum multis viuere.

Opera eiuſdem de Vrbanæ deſcriptionis incōmodis, *tùm etiam* Progymnaſma *aduerſus literas & literatos: & quæ* de nauigijs *ſcripſit, nihil continent cenſura dignum.*

Aenigmata antiquorum, *&* Pythagoræ ſymbola, *tùm duo libelli eiuſdem autoris*, aduerſus ingratos, *nihil habent cenſura dignum: ideóque permittuntur.*

In libro eiuſdem De annis & menſibus, cæteriſq; temporũ partibus, *deleatur initiũ, vſque ad illa verba*, te, certiſſima huius patriæ ſalus, Regina, ac Princeps Renata, inuoco, vt mihi, quo cepiſti prȩſenti numine aſpires.

Permittitur etiam opus eiuſdem de Herculis vita, *dempta tan-*

tùm

Digitized by Google

tùm epiſtola nuncupatoria.

Præterea Syntagma de Muſis: *&* Epithalamia, *permittuntur*.

M

MARTINUS Martinez.

Ex libris Hypotypoſeôn, magiſtri Martini Martinez Cantapetrenſis, Salmanticę, ſeu alibi, impreſs. ante annum. 1582.

In proœmio eorundem librorum, fol. 8. *pag.* 2. *lin.* 5. *impreſſ. anno.* 1565. *ibi*, Merſa eſt & huiuſmodi, *deleatur*, & huiuſmodi. *Eadem lin. ante illud*, Ab interitu & morte, *addatur*, & quantum ad hoc, *vt legatur*, & quantum adhoc ab interitu & morte.

Lin. 8. *eiuſdem pag. ibi*, De hac anima Philo, *deleatur*, hac anima, *&* *legatur*, De qua Philo.

Libro. 1.

Cap. 1. *col.* 16. *deleantur illa verba*: propter ignorantiã artis Grammaticæ. *Ibidem, in gloſſa marginali, quæ incipit*, Paulus, *deleatur*, & artis Grammaticæ ignarus.

Cap. 4. *col.* 33. *ante medium, deleatur ab illis verbis*, Quippe in libris propheticis, *vſque ad*, quam odoratos fuiſſe.

In fine eiuſd. cap. col. 38. *ibi*, exploſa fuerit, *deleatur*, exploſa, *&* *loco illius ponatur*, prætermiſſa.

Cap. 6. *col.* 42. *lin.* 4. *ibi*, Ad Licinum deſumptum, *addatur*, Quamuis hæc, quæ. DD. Hieronymus, & Auguſtinus docuerunt vera ſint, tamen, poſt concilij Tridentini decretum, non licet vulgatæ Latinæ

teſtimonia, quouis prætextu, reijcere: prout in ipſius concilij decreto conſtitutum eſt.

Col.47.cap.7.paulò poſt princip. deleat.ab illis verbis, Poſteà Paulus, *vſque ad,* detorſit, *incluſiuè: & legatur,* Poſtea Paulus in eam ſignificationem hoc nomine vſus eſt.

Cap.15.col.75.paulò poſt princip. ibi, Puto arti dialecticæ cõparari, *deleatur,* dialecticæ, *& legatur,* ſophiſticæ.

Libro. 2.

Cap.1.col.93. in fine, deleatur ab illis verbis, Vnde neſcio qua licentia, *vſque ad,* acquieſcamus.

Eod.cap. & col. in fine, deleatur ab illis verbis, Quod fieri non debet, *vſque ad,* an appellatiuum.

Col. 96. lin.11. ibi, eſſe vitium dignum animaduerſione, *deleatur,* vitium.

Cap.2.col.138. ante medium, ibi, Lucidiſſimus, & lucis fons Deus eſt, *addatur,* vel interpretandi ſunt ſancti, quod loquantur de viſione comprehenſiua, qua ſolus Deus eſt ſibi cognitus.

Eod.cap.col.147. paulò poſt princip. lin.12. ibi, Ignorantiam accepit, *deleatur verbum,* accepit.

Col.151. lin.8. ibi, Super principiatum principiatũ, *deleat. ſecundo loco,* principiatũ, *& legatur eius loco,* principiũ.

Cap.3.col.171. poſt medium, ibi, Vnam hypoſtaſim, ex vtraque effectã, *deleatur,* effectam, *& legatur,* cõpoſitam.

Col. 174. ad med. ibi, Et caro deificari dicitur: & Deus ri, *addatur,* ideſt, aſſumpta eſt caro à verbo, ita vt caro Dei dicatur, & homo ipſe dicatur Deus.

Cap. 4. col. 194 deleatur ab illis verbis, Ex his facilè colligere poſſumus, *vſque ad,* accommodatiùs,

Lib. 3.

Digitized by Google

Lib. 3.

Cap. 1. *col.* 215. *lin.* 3. *à fine, deleatur,* Contrariè non.

Col. 216. *prope fin. deleatur ab illis verb.* Nam actiones Chriſti, *vſque ad,* eſſet eſſentia humana.

Cap. 4. *in annot. col.* 216. *in prin. lin.* 7. *ibi,* Et in Dauid ſuſcipiendũ, *addatur:* Hactenus Origenes, cuius ſententia reijciẽda eſt: prout cõſtat ex dictis in hoc ipſo capite.

Col. 265. *ad med. deleat. ab illis verb.* Alioqui non fit veriſimile, *vſque ad,* prorupiſſe, *& addatur:* Hæc ſentẽtia falſa eſt, prout conſtat ad Hebr. 11. & ex Iacob. cap. 2.

Col. 266. *ad med. ibi,* Tres generationes amputauit, *addatur:* Hactenus Beda: Sed ſine dubio Cainam ponenda eſt, prout ponitur à beato Luca.

Col. 267. *in fine deleatur ab illis verb.* De hoc Booz, quod non potuerit, *vſque ad,* de quo, Matthæi. 1.

Col. 275. *in fine, ibi,* Paternis iuſsibus obſecundantẽ, *addatur in marg.* His Euſebij verbis, in quibus Arianis fauens, inducit filium, in creatione paternis iuſſibus obſecundantem, non eſt adhibenda fides.

Lib. 4.

Col. 1. *col.* 307. *lin.* 6. *ibi,* Et tres verſus, *addatur,* ex ſupra dictis conſtat, huius autoris Rabbi Moyſi ſententiam non eſſe omni ex parte veram.

Col 308. *paulò poſt medium, deleatur ab illis verbis,* At quæ res adhuc, *vſque ad,* legiſlatore.

In fin. lib. 4. *col.* 335. *lin.* 1. *deleatur ab illis verbis,* Scito tamen, titulos, *vſque ad,* fidas temere.

Lib. 5.

Col. 371. *paulò ante medium, deleatur ab illis verbis,* Crebrò ſcholaſticos, *vſque ad,* lapſi ſunt errore.

Col. 378. *ante finem deleatur ab illis verbis*, Nam quis eſt, niſi demens, *vſque ad*, angeli diſcunt.

Lib. 6.

Cap. 1. *colum.* 403. *prope finem, deleatur ab illis verbis*, Ita tamen niſi fallor, *vſque ad*, ſequatur creatio.

Col. 417. *ad principium, lin.* 8. *ibi*, rectè eſſent trãſlata, *deleatur*, rectè. *Et poſt octo lineas, deleat. ab illis verbis*, nam in hoc ceſſatum eſt, *vſque ad*, canones Hebraicæ linguæ.

Col. 421. *paulò poſt medium, deleatur ab illis verbis*, Quod ſi Auguſtinus, *vſque ad*, putaſſet.

Col. 433. *lin.* 4. *à fine, ibi*, Abutuntur interdum, *deleatur*, ab, *& legatur*, Vtuntur.

Lib. 7.

Col. 495. *ad medium, ibi*, Nemo eſt, qui dubitet, *addatur*: Sed hæc allegoria rerum eſt: altera enim eſt allegoria verborum, de qua Suidas ait.

Col. 503. *poſt principium, ibi*, Propter naturam peccatricem aſſumptam, *deleatur* peccatricem, *& legatur*, in ſimilitudinem peccati.

Col. 513. *poſt medium, ibi*, Qui non ſtant iuxtà literam, *deleatur*, iuxtà literam, *& legatur*, iuxta literæ propriam ſignificationem.

Columna. 525. *paulò ante finem, deleatur ab illis verbis*, Aduerte, quòd leges multæ, *vſque ad*, cuſtodiri potuerũt: *& legatur*, Aduerte quod multa in ſcripturis dicũtur, quæ tamen in viris, quantumuis ſanctis, non ſunt impleta: verbi gratia. *Ibidem, deleatur gloſſa marginalis, cuius initium eſt*, Leges à Domino latæ.

Lib. 8.

Cap. 1. *col.* 565. *ad medium, ibi*, Abutitur, *deleatur*, ab, *&*

legatur,

legatur, Vtitur.

Cap.2, pag.576. prope finem, ibi, Nam iuxtà Horatium inquiunt illi, *deleatur*, inquiunt illi.

Col. 578. in principio, ibi, Nemo dat mercedèm ei, qui à malo abſtinet, *addatur*: Intelligendus eſt Theophylactus, quando quis abſtinet à peccato ſine actu poſitiuo, quo reſiſtit peccato.

Col. 579. lin. 11. à fine, deleatur, Se neglecto.

In fine cap. 2. col. 583. ibi, Quod non cogitur, & offertur: *addatur in margine*, Intellige Hieronymum de obſequio ſupererogationis: quod offertur per votum.

Colum. 584. ad medium, ibi, Quoniam prophetæ & lex non memores fuerũt regni cælorum, *addatur in margine*: Intelligit Theophylactus prophetas non adeò frequenter, & clarè memores fuiſſe regni cælorum.

Col.587. ad medium, ibi, De promiſſionibus infœlicitatis, *deleatur*, infœlicitatis, *& legatur*, fœlicitatis.

Cap.4. in principio, col.589. deleatur illud, vſuram quoque in lege tulit.

Prope finem eiuſd.cap.col.594.deleantur illa verba: Contraria ſententia propiùs ad veritatem accedere videtur.

Cap. 6. col. 610. lin.2. à fine, ibi, Diuinis obaudire, *deleatur*, obaudire, *& legatur*, aduerſari.

Col. 611. paulò ante medium, ibi, Idololatriæ vanitatẽ ipſis immiſit, *addatur*, Hæc Iuſtini, & Epiphanij ſententia non eſt vera: quia Adam nunquàm amiſit fidem.

Ibidem paulò poſt, deleatur illa verba, Quo ex tempore idolorum error pullulauerit, iam diximus.

Col. 627. ad medium, deleatur ab illis verbis, Iſaiæ. 16. mitte *vſque ad*, dominatori &.

Lib, 9.

Digitized by Google

Lib. 9.

Regula.2.fol.2.col.3.lin.7.ad principium, deleatur, Violēta eſt, & ab euangeliſtæ mente aliena, *&* *legatur,* Minus propria videtur.

*Regula.5.folio.3.col.4.ad principium,linea.4. deleatur ab illis verbis,*Sed quomodo poteſt hoc, *vſq; ad,*ali⁹ ex Ruth.

Reg.21.fol.8.col.2.poſt medium, deleatur ab illis verbis, ſecundo colligo, *vſque ad.* art. 3.

*Reg.*40.*fol.*13.*col.*2.*ad princip.lin.*12.*ibi,*fruſtraque,*deleatur*

Ead. reg. & fol. col. 3. *lin.* 13. *ibi*, Quod profectò ſcholaſtici, *deleatur vox*, ſcholaſtici.

*Reg.*43.*fol.*14.*col.*1.*paulò poſt medium deleantur illa verba,* Quàm vana ſit illa quæſtio.

Lib. 10.

Reg. 26.*fol.* 29.*col.* 2. *ad medium, ibi,* Reuocandos ſcholaſticos, *deleatur vox,* ſcholaſticos, *& legatur*, Reuocandos eos. *Et parùm infrà, deleatur ab illis verbis,*vt an potuerit aſſumere, *vſque ad,* ſiue ſimulatè.

Regul. 42.*fol.* 33.*col.*3.*ad principium, deleatur ab illis verbis,* hanc regulam, *vſque ad,* viſus ſit.

MICHAEL Beutherus.

Ex Michaelis Beutheri Faſtis & Ephemeridibus.

In. 2.*parte, deleatur vtraque epiſtola dedicatoria.*

*Deinde menſe Februario. die.*16. *vbi agit de Philippo Melanchthone, deleantur illa verba,* Vir in omni literarum genere

Digitized by Google

genere clariſsimus: quem innumeri, & ijdem eruditione, ac virtute præſtantes viri, præceptorem hodie appellant, & venerantur.

Die.27. vbi ſunt illa verba, Martinus Bucerus Theologus, *deleatur verbum,* Theologus.

Menſe Martio, die tertio, vbi ſunt illa verba, Obijt Vinariæ Chriſtianiſſimus Princeps Ioannes Fridericus, *&c. deleantur illæ duæ voces,* Chriſtianiſsimus Princeps.

Menſe Maio, die. 12. vbi ſunt illa verba, Natus eſt Chriſtophorus, præclarus Dux Vittembergenſis, *deleatur verbum,* præclarus.

Menſe Iulio, die. 6. vbi ſunt illa verba, Eduardus. VI. Angliæ Rex, admirandæ indolis adoleſcens, *deleantur poſtrema hæc verba,* admirandæ in dolis adoleſcens.

Die. 30. vbi agit de Roberto Barnes, deleantur illa verba, Theologus eruditione & virtute inſignis.

Menſe Auguſto, die. 12. vbi agit de Chriſtiano, Friderici Holſatiæ Ducis filio, deleantur illa verba, Inſigni pietate laudatiſſimus.

Menſe Octobri, die. 4. vbi agit de Helio Eobano Heſſo, deleãtur illa verba: Poeta longè clariſsimus: cuius quæ extant poemata quam plurima, poſteritas non immeritò nobiſcum admirabitur.

Die. 11. vbi agit de Hulderico Zuinglio, deleantur illa verba, Theologo: quem vnà in aciem, neſcio qua de cauſa præter neceſſitatem eduxerant.

Menſe Nouembri, die. 24. vbi agit de Hulderico Zaſio, deleatur illud verbum, clariſſimus.

Menſe Decembri, die. 1. vbi agit de Martino Luthero, deleantur illa verba, Contra Pontificias indulgentias, quas

quas in Saxonicis paſsim locis ſcurriliter admodùm exaggerabat Ioannes Deczelius Dominicaſter, primùm ſcripſit: quæ respoſteà multas, & varias de doctrina eccleſiaſtica diſputationes, quas nunc etiam ob oculos quotidie cernimus, excitauit.

N

IN NICEPHORUM annotationes.

Ex Ioannis Langi annotationibus ad Nicephori Calliſti hiſtoriam.

In dedicatione operis, folio vno vel duobus ante finem (propter varias impreſsiones) deleantur illa verba: Decretum eius ſynodi, cui Conſtantinus præfuit.

Lib. 4. cap. 8. ad fin. deleantur illa verba ex marg. De cælibatu locus notandus.

Item ſtatim poſt finem eiuſdem capitis (in quibuſdam impreſsionibus tantùm) deleantur illa verba, quæ citat ex Ignatio, Cælibatus iugum nemini impoſueris: eſt enim res periculoſa, & cuſtoditu cum obtinetur difficilis, quando ex neceſsitate ſeruatur.

Eodem libro, cap. 18. ad initium capitis, deleantur ex marg. illa verba, Exemplum memorabile.

Lib. 8. cap. 17. ad initium capitis, deleantur illa verba ex marg. Imperator ſynodo præſidens.

Lib. 12. cap. 15. ante medium, deleantur illa verba ex marg. Imperator ſynodo huic epiſcoporum præſidet.

ORDO-

Digitized by Google

O

ORDO BAPTIZANDI cum Modo viſitandi.

Ex libro, qui inſcribitur, Ordo baptizandi, cum Modo viſitandi, impreſſo Venetijs, anno. 1575.

Fol.34. ad medium, deleãtur illa verba. Credis non proprijs meritis, ſed Paſſionis domini noſtri Ieſu Chriſti virtute & merito, ad gloriam peruenire?

Ibidem, paulò poſt, deleantur illa verba: Credis quod dominus noſter Ieſus Chriſtus pro noſtra ſalute mortuus ſit? & quod ex proprijs meritis, vel alio modo nullus poſsit ſaluari niſi in merito Paſsionis ipſius?

Fol.35. in vltima linea, deleantur illa verba: Nõ erit deſperãdum, vel dubitandũ de ſalute illius, qui ſuprapoſitas petitiones corde crediderit, & ore confeſſus fuerit.

Fol 36. ante medium, deleantur illa verba, Hæ proteſtationes moriẽtium reuelatæ fuerunt cuidam religioſo viro, *&c. vſque ad illud*, qui ex corde talia, quæ ſequuntur, fuerit proteſtatus, damnari poterit.

Folio. 39. poſt medium, deleantur illa verba: Erat quidam Papa, qui dum ad extrema veniſſet, *&c. vſque ad illud. 34. poſt linea*, & plurimum eis prodeſt, ſi dicantur deuotè.

Fol. 314. deleatur tota exorciſmus luciferina: cuius initium eſt: Adeſto Dñe tui famuli, *&c. Deleatur item alia exorciſmus Cypriani, cuius initium eſt:* Ego Cyprianus, *&c. vſque ad Euangelium Ioannis, quod eſt ad calcem fol. 340.*

OR-

ORTHODOXOGRAPHA.

Ex Orthodoxographis, ſeu Theologiæ ſacroſanctæ, ac ſincerioris fidei doctoribus, num. 76.

In ipſo titulo operis, deleatur illud verbũ, Ac ſincerioris fidei.

Item tollatur tota epiſtola dedicatoria.

Proto euangelium Iacobi, fratris Domini, & Nicodemi euangelium, *quæ ſunt poſita initio primi tomi, penitùs expungantur.*

Hermæ, Pauli diſcipuli, libri tres, *qui alio nomine,* liber paſtoris, *nuncupatur, propter eius antiquitatem permittitur, verùm tanquàm apocryphus: cuius non liceat dictis, & authoritati fidere. Atque idem iudicium eſto de* Teſtamento duodecim Patriarcharum, *quod in fine. 2. tomi, huius operis poſitum eſt.*

Deleatur tota Epiſtola Vdalrici, epiſcopi Auguſtani, de cælibatu cleri.

Item totus liber Bertrami preſbyteri de corpore & ſanguine Domini, *penitus auferatur.*

P

PETRVS Crinitus.

Ex Petri Criniti libro de honeſta. diſciplina.

Lib. 7. cap. 13. deleatur totum caput: atque eius titulus, cuius initium eſt, de Bonifacio Pontifice Romano.

Lib. 9. c. etiã. 9. linea. 15. deleatur quod reliquũ eſt ab illis verbis, Neque

Digitized by Google

Neque enim pertinere ad religionem putauit, *vſque ad vltima verba capitis*, maximè Auguſto Iuſtiniano.

Lib. 9 cap. 10. in fine capitis pag. 280. deleatur, Quod à nobis, *vſque ad*, exercent.

Lib. 14. c. 5. pag. 371. deleat. ab illis verb. Ita enim fit vt humanum genus, *vſq; ad*, pecunia & probro mulctat⁹ eſto.

PLATO.

Ex platonis operibus, cum interpretatione, & annotationibus Ioannis Serrani.

Tomo. 1.

Reijciatur, Epiſtola dedicatoria ad Eliſabetham, Angliæ reginam, *præfixa initio primi tomi.*

In præfatione ad ſtudioſum lectorem, ſect. 4. *verſus finem, vbi ait*, Imaginē illam Dei, in hominis animo corporis vinculis illigato, & in illius ſordes immerſo vix, ac ne vix quidem conſtare, *deleatur illud*, ac ne vix quidem.

In ead. præfatione ſect. 9. ſub finem, deleantur illa verb. Tùm Ioannis Sturmij, viri clariſſimi, patrocinium: qui ſolidam, luculentamque defenſionem de Platonis philoſophia conſcripſit.

Poſt præfationem ſequuntur epigrammata Græca, & Latina: Ex Latinis epigrammatis, deleatur, Epigramma primum, autore Theodoro Beza Vezellio.

Argumento in Phædonem, verſus finem (hoc eſt, in impreſſione anno. 1578. apud Henricum Stephanum, pag. 56.) deleātur illa verba, Beneficiūm Chriſti ignorās, quo iuſtificatur impius, *&c. vſq; ad illud*, fœlicitatis ratio definitur.

In eodem dialogo, aliquantò ante finē (nempè pagina. 113.) deleatur illa annotatio marginalis, Ethnici purgatorij deſcriptio?

ptio, *cum quinque proximis annotationibus marginalibus.*

In Sophiſta (nempè pag.216.) in.2. annotatione marg. deleant. extrema verba: Quemadmodum & præclaris titulis re pſeudodidaſcali ſolent ſe fricare.

Argumento in Euthydemum (nempè pag.269.) ſect. 2. argumenti, verſus finem, deleantur illa verba, At quanta tenebroſæ ignorantiæ caligine proxima patrum noſtrorunm ætas, *&c. vſque ad fin. ſectionis, vbi ſunt illa verba,* condemnant plerique.

In eod. dialogo, aliquantò poſt principiũ (nẽpe, pag.275.) ſcholio 2. deleantur illa verba, At iſtarum importuniſſimarum ſubtilitatum, *&c. vſque ad illud,* in vtramque partem de eadem re diſputant.

In eod. dialogo, verſus finem (nimirùm pag.303.) ſchol.1. deleãt: poſtrema verba: Qualiũ multa exempla, pſeudotheologorum cœnoſæ ſcholæ, & literæ demonſtrant.

In Protagora, ante med. dialogi (hoc eſt pag.347.) ſchol.1. deleantur illa verba: Quales ſcenarum actus, quàm plurimos habent pſeudotheologorum ſcholę, & libri.

In Hippia minore, initio dialogi (vel pag.364) deleãt. ex ſcholio extremo illa verba: Cuiuſmodi inutilis laboris exempla apparent in Theologaſtrorũ ſcholijs, & ſcriptis.

Tomo. 2.

Epiſtola dedicatoria ad Iacobum ſextum Scotorum Regem, *tota deleatur.*

Argumento in Philebum, ſect. 3. ante finem (vel pag. 6. poſt medium) deleantur illa verba: Neque hæ veræ virtutes, *&c. vſque ad illa verba. 4. poſt linea,* ſpectra, & laruæ verarum virtutum,

Tomo. 3.

Digitized by Google

Tomo. 3.

Epiſtola dedicatoria ad Bernatũ rempublicã, *deleat. tota.*

Argumento in Timæum, ſect. 15. (vel potius, pag. 10. ante medium) deleantur illa verba, Verùm, vt vnicuique liberum hac de re fuerit iudicium, *&c. vſque ad illud*, perhumaniter expoſuit.

Ibidem, in annotationibus quæ proponuntur Timæo Platonis, num. 114. deleatur tota annotatio, cuius initium eſt, Verum eſt, animum & corruptum eſſe, & purgatione indigere, ineptiſſimum tamen, *&c.*

Ibidem, num. 116. deleatur tota annotatio, cuius initium eſt, Verum eſt, neminem vltrò eſſe malum.

Sub finem eiuſdem dialogi (nempè pag. 89. deleatur annotatio marginalis tota, quæ incipit, Συμμετρίας illius, quàm animi & corporis dixerat eſſe remedium, *&c.*

Argumento in Sympoſium (nempè pag. 169. paulò ante mediũ) deleãt. illa verb. Si in Porphyrio, Iamblico, Proclo, eadem excuſatio, *&c. vſq; ad illa verba, quæ ſunt poſt. 20. circiter lineas*, ſummo Dei beneficio compendium,

IN PLINIUM annotationes.

Ex annotationibus Iacobi Milichij in ſecundum librum Plinij.

In caput. 31. in fine, deleantur illa verba, In Vngaria tres ſoles conſpecti ſunt paulò ante mortem Ludouici Regis, *&c. vſque ad finem annotationum totius capitis.*

In caput. 63. paulò poſt principiũ, deleant. illa verb. Homines enim cõditi in terra, sũt ſacri magis ipſo terræ numine, *&c. vſque ad illa verba*, ſacramẽto, ideſt, cæremonia.

PROCOPIUS Gazæus.

Ex Procopij Gazæi, ſophiſtæ, commentarijs in octateuchum, Conrado Clauſero Tigurino interprete.

Auferatur, Epiſtola dedicatoria.

Ex Indice deleatur illa propoſitio : Seductores non ſunt perimendi.

Geneſ. 34. *ante medium, deleantur illa verba*, Si verò euenerit alicui fideli, vt ſeduceretur peruerſa religione, *&c. vſque ad illud*, qui dixit ad Petrum, conuerte gladium tuum, *&c. vel, quoniam fortaßis ea fuit Procopij ipſius ſententia (nam Græci exemplaris non erat copia) ſatis erit ad marginem adſcribere,* Hæc verba cautè legenda.

Exodi. 20. *in illa verba,* Non erunt tibi Dij, præter me, *deleantur illa verba*, Quoniam proculdubio vitiatus eſt locus: nempè vitulorum, quibus apud Aegyptios, *&c. vſq; ad illa verba,* numina Aegyptiaca colere.

R

RAYNERIUS

Ex Raynerij argumentis, appoſitis ſuper Pſalmos in nonnullis tantùm impreſsionibus.

Pſal. 1. *vbi legitur,* Credentis typum deſcribit, *legatur,* Pij typum deſcribit.

Pſal. 3. *deleantur illa verba*: Per fidem purgata conſcientia

tia reſurrexerint.

Pſal. 4. deleantur illa verba: Potiùs offerte Dño ſacrificiū iuſtitiæ. i. Deum in omnibus iuſtum prædicate, *&c. vſque ad illud*, Sacrificium iuſtitiæ, ideſt, ipſa iniuſtitia.

Pſal. 6. deleantur illa verba: Deum nullam ab impio pœnam exigere: dum modo reſipiſcat: ſed protinùs ſummis miſerum leuare malis.

Pſal. 29. delean. illa verb. Imprecantur fideles, vt Deus pater Chriſti pro ipſis preces exaudiat, per quem ſperant ſalutem, & non per alium, vt impij.

Pſal. 24. deleantur illa verba: Cordis oratio eſt cum multa ad Deum fiducia: quam non poſſibile eſt, vt Deus non exaudiat, ſecundùm Chriſti in euangelio promiſſionem.

Pſal. 27. deleatur totum argumentum.

Pſal. 31. deleantur illa verba, Canit cuncta venire mala à peccatis.

Pſalmo. 33. deleatur verbum, fidelis, *& eius loco ponatur* iuſtus

Pſal. 39. deleatur totum argumentum.

Pſal. 49. deleatur totum argumentum.

Pſal. 51. deleatur totum argumentum.

Pſal. 61. deleatur totum argumentum.

Pſal. 65. deleantur illa verba, Modò prorſus illi fidamus, *&c. vſque ad finem argumenti.*

P*ſal. 75. deleatur totum argumentum.*

P*ſal. 77. deleatur totum argumentum.*

P*ſal. 82. deleatur totum argumentum.*

P*ſal. 87. deleatur totum argumentum.*

P*ſalmo. 90. deleatur totum argumentum.*

P*ſal. 99. deleatur totum argumentum.*

Pſal. 105. *deleatur totum argumentum.*
Pſal. 113. *deleatur totum argumentum.*
Pſal. 124. *deleatur totum argumentum.*
Pſal. 128. *vbi legitur,* Quiſque fidelis, *deleatur vox,* fidelis, *& ponatur,* iuſtus.
Pſal. 129. *deleatur totum argumentum.*
Pſal. 145. *deleatur totum argumentum.*
Pſal. 150. *deleatur totum argumentum.*

S

SYMMACHI epiſtolarum notæ.

Ex Symachi epiſtolis, cum notis Franciſci Iureti.

Epiſt. 24. *lib.* 1. *ab illis verbis,* Nunc verò nominis, *vſque ad illa,* ſpurcum cadauer, *expungatur.*

T

IN TERTULLIANI opera annotationes.

Ex annotationibus Beati Rhenani in Tertullianum.

In argumento in librũ de carne Chriſti, paulò poſt princ. deleãt. illa verba: In hoc libro ſunt, quæ euarient à placitis recentiorum Theologorum: vt, quod, de fratribus loquens dicit, *&c. vſque ad illud,* Quo vix alium Chriſtianus orbis antiquiorum habet.

In ar-

Digitized by Google

In argumento in librum de præſcriptionibus aduerſus hæreticos, circa medium, deleāt. illa verba. Hanc nulli loco affigit.

In annotationibus in. 1. *librum contra Marcionem, num.* 10. *deleantur illa verba*: Et hodie quidam carnibus piſces præferunt.

In argumento in librum. 5. *contra eundem, in fine, deleantur illa verba*, Porrò quod omnibus epiſtolis excuſſis, præter eas, quæ ſunt ad Titum, *&c. vſque ad finem argumenti.*

In argumento libri contra Valentinianos, paulò poſt princip. deleant. illa verb. Vide quantum Chriſtianiſmo ſemper nocuerit philoſophia.

In annotationibus in librum de Corona militis, paulò ante med. vbi declarat illud, Tertulliani verbum, Euchariſtiæ ſacramentum, *delean. illa verba*, Conradus Pellicanus, homo miræ ſanctitatis, ac eruditionis.

Ibidem, paulò poſt, in illa Tertulliani verba, Oblationes pro defunctis, *deleatur illud*, Vnde anniuerſariorum ſacrorum, cum eleemoſynis, origo: quæ apud nos perpetua inſtituūtur. *Deleatur etiam ſimilis annotatio marginalis, in lib. de Monogamia, ex omnibus impreſſionibus, vbi poſita fuerit.*

Ibidem, num. 9. *in illa verba*, Conquirendum an in tot Chriſti mili. *deleatur tota annotatio, vſque ad illa verba*, apoſtolos nobis repræſentantes.

Argumentum libri de Pœnitentia totum expungatur: nam commodè repurgari non poteſt.

In annotationibus in eundem librum de Pœnitentia, in fine, deleatur integra annotatio in illa verba, Inſtitutam à Domino exomologeſin ſciens, *vſque ad finem.*

In argumento libri Exhortationis ad caſtitatem, in medio, de-

leantur illa verba, Quanquàm veteres omnes, atque adeò Hieronymus ipſe, matrimonio parum æqui fuerint, *&c. vſque ad finem argumenti:*

*In exemplari Baſilaæ, apud Frobennium, impreſſo anno.*1528. *in argumento libri de præſcriptionibus hæreticorum, deleantur illa verba,* Ex hoc libro facilè liquebit lectori, qui nõ ſit omninò ſtupidus, *& quæ ſequuntur vſque ad finẽ.*

Ex lib. 4. *aduerſus Marcionem, ſtatim poſt num.* 50. *vel* 51. (*propter varias impreſſiones*) *deleãtur illa verba,* Baptiſma, & Euchariſtia, duo ſacramenta primitiuæ eccleſiæ.

THEATRUM
vitæ humanæ.

Ex Theatro vitæ humanæ, à Conrado Lycoſthene Rubeaquenſe inchoato, & à Theodoro Zuinggero, medico Baſilieſi, abſoluto, ex repurgatione & impreſſ. Pariſienſi, apud Sonnium.
M. D. LXXI.

In præfatione, col. 6. *poſt medium, lin.* 48. *deleantur illa verb.* Fœlicis, & æternæ memoriæ vir.

Tomo primo.

Lib. 1. *tit.* Philoſophia diuina, *in initio tabulæ.* §. *qui incipit,* Autoritate potiùs, *col.* 175. *deleãt. illa verb.* Vtrinq; peccatum, *&c. vſque ad illa,* contrariam eſſe crediderunt.

Eod. lib. tit. Metaphyſici §. 5. Hermes, *col.* 177. *dele. illa verba,* Primus de ſacroſancta Trinitate, *&c. vſque ad finem.* §.

Eodem. lib. tit. Eccleſiaſtæ, apoſtoli, concionatores, *col.* 181. *deleatur titulus,* Primi ſeculi, *qui incipit,* Ex centurijs

turijs

Digitized by Google

turijs eccleſiaſticæ hiſtoriæ, *&c. vſque ad illa verba*, tantùm attigerimus.

Eod. lib. tit. Seculi 4. §. 25. Athanaſius, *col.* 189. *ad fin.* §. *deleantur illa verba*, Et pro eccleſia paſſus eſſet, *&c. vſque ad finem.* §.

Eodem lib. 1. *eodem tit.* Seculi. 5. §. 17. *Cyrillus, col.* 193. *deleantur illa verba*, Ambitioſus tamen fuit, *&c. vſque ad finem.* §.

Ibidem. §. 27. Alipius, *col.* 195 *deleantur illa verba*, Item & Romano Pontifici, *&c. vſque ad finem.* §.

Ibidem. §. 34. Leo, *col.* 196. *deleantur illa verba*, Primatum Romanæ eccleſiæ, *vſque ad illa*, alias eccleſias, *&* *ibidē in fine, deleantur eadem verba.*

Ibidem. §. 50. Hilarius, *columna*. 198. *deleantur illa verba*, Infenſus ei fuit, *&c. vſque ad finem.* §.

Eod. lib. 1. *tit.* Hæretici, falſi doctores. §. 7. Saturninus, *col.* 205. *deleantur illa verba*, Imagines Chriſti, *&c. vſque ad illa*, & adorabant.

Ibidem. §. 13. Cataphrygę, *col.* 206. *deleantur illa verba*: Ieiuniorum leges introduxit.

Ibidem. §. 51. Pelagiani, *col.* 210. *deleātur illa verba*, liberum arbitrium per Adæ peccatum perire non potuiſſe.

Ibidem. §. 62. Monothelitæ, *col.* 211. *deleantur illa verba*, Et in ea ob id ipſum damnatus, *&c. vſque ad finem.* §.

Ibidem. §. 5. *à fine*, Ioannes Monteforus, *col.* 212. *deleatur totus.* §.

Lib. 3. *tit.* Prudentia in corporis bonis, *ſub titulo* Aliorum vitæ conſulere. §. 2. AEgyptiæ, *col.* 433. *deleantur illa verba*, Quicquid tamen horum ſit, *&c. vſque ad illa*, mendacio velata.

Digitized by Google

Ibidem. §. 3. Rahab, *deleantur illa verba.* Niſi hoc mendacio, *&c. vſque ad finem.* §.

Ibidem. §.4. Mulier, *deleantur illa verba*, Debuitne quod res erat, non, *&c. vſque ad finem.* §.

*Eodem lib.*3.*tit.* Aſtutia, fraus, atque dolus. §.2. Erat Amanis, *col.* 627. *deleantur illa verba*, Erat is non ignotus, *vſque ad illa*, ab eo receptan.

Lib. 4. *tit.* Mortis metus. §.2. Diſcipuli, *col.* 653. *del. illă verb.* Verùm nō Bariona, quem tàm, *&c. vſq; ad fin.* §.

Eod. lib. tit. Morborum & ægritudinum, *ſub tit.* Mortis naturalis, *col.* 664. *deleantur.* §§§. Ioannes Riuius, Chriſtophorus Vueidmoſerus, *&* Neque ſoli veteres, *qui ſunt.* §§§.2.3.*&*.4.

Eod. lib. tit. Tolerantia, ſiue patientia. §.4. Chriſtus *col.* 677. *deleantur illa verba*, Idcircò etiam oblata poſteà repeti Dominus, *&c. vſque ad finem.* §.

Eod. lib. tit. Fortitudinis bellicæ §.50. Carolus Magnus, *col.* 754. *deleantur illa verba*, Hiſpanoſque malè, *&c. vſque ad verbum*, ſubiugauit.

Lib. 5. *tit.* Abſtinentia vini: Ethica. §.21. Monica, *col.* 792. *deleatur totus.* §.

Eod. lib. tit. Vitium in defectu, *col.* 861. *deleatur totus prologus, qui incipit*, Ecquis huic vitio obnoxius reperiri poteſt? Minermus, *&c.*

Eod. lib. 5. *tit.* Parſimonia in victu, in ſpecie, *ſub tit.* In ſumptu ſacrificiorum, *col.* 864. §.1. Socrates, *deleantur illa verba*, Hoc dictum & ad nos Chriſtianos pertinet, *&c. vſque ad finem.* §.

Eod. lib. ad fin. tit. Luxus in comitatu ſeruorum. §. *vlt.* *col.* 876. *deleatur totus.* §. *qui incipit.* Cyrillus.

Lib. 7.

Lib.7.tit. Certamina, & æmulationes,*col.979.deleantur.* *ſ.vlt. & penult. videlicet,* Philip.Melanchthon,Eobanus Heſſus.

Eod. lib. tit. Honores quoſuis alios oblatos reſpuere, *ſ.24.* Gregorius ille Magnus, *col.989. dele. totus. ſ.*

Eod. lib. tit. Honores quoſuis alios,nõ oblatos, indignè ſibi arrogare,*col.1006. deleātur.ſſ. 5. 6.7.& vltimus,videlicet,* Innocẽtius,Hormiſda,Ioãnes, & Bonifacius.

Eod. lib. tit. Minores honores, & ſe etiam interdum indignos, ambitioſè preſequi. *ſ.* 13. Theodorus, *col.* 1010. *deleatur totus.*

Lib.8. tit. Erga hoſtes religionis moderatio, *col.1025.deleatur totus. ſ.* D. Martinus.

Eod. lib. tit. Ira, & vindicta immoderata erga amicos, aut inimicos. *ſ. vlt.* Sixtus Romanus, *col.1066. deleatur totus. ſ.*

Lib. 9. tit. Vitia & peccata ſua liberè confiteri, *col.1113. in prologo, qui incipit,* Ad libertatẽ & veritatẽ,*&c.deleãtur illa verb.* Idcircò nõ tacita tantùm, *&c. vſque ad illa verb.* & turpitudinis exaggeratione fieri debeat.

Eod. lib. tit. Libertas in reprehendendis aliorum vitijs. *ſ.36.* Velanus, *col. 1119. deleatur totus.*

Eod. lib. tit. Vitium in exceſſu, *col. 1139. in prologo, qui incipit,* Veritati in genere mendacium,*&c.deleantur illa verba,* Et reſpectu finis,ad quem referuntur,*&c.vſque ad illa,* vituperabile erit.

Eod.lib.tit. Aliorum errores acerbè nimiùm exaggerare *col. 1155. in primo ſ.* Gregorius,*deleantur illa verba,* ſed, pace Gregorij, non fuit, *&c. vſque ad finem. ſ.*

Ibidem deleatur, ſ. 2. qui incipit, Genebaudus.

Eod.

Digitized by Google

Eod. lib. tit. Inconſtantia religioſa. §. 8. *qui incipit*, Salomon, *col.* 1162. *deleatur illud*, Et ab inimicis occiditur.

Tomo. 2.

Lib. 12. *col.* 75. *tit.* Deorum voluntatem quacunque ratione inueſtigare, *plurale*, Deorum *mutetur in ſingulari*, Dei. *Similiter in tribus titulis ſequentibus voces*, Deos, *vel* Dijs, *in ſingularia*, Deum, *vel* Deo *mutentur.*

Eod. lib. tit. Qui eremiticam, vel monaſticam vitam religionis ergô amplexi ſunt. §. *venult.* Dionot⁹, *col.* 116. *deleatur totus.* §.

Ibid. Seculo. 8. *col.* 117. §. 1. Ioan. Damaſcenus, *deleantur illa verba*, & Sarracenorum perfidie, *&c. vſque ad verbum*, ſimulauit.

Eod. lib. & tit. col. 119. §. *qui incipit*, Euagrius preſbyter, *deleantur illa verba*, multa ſcripſit, *&c. vſque ad finem.* §.

Eod. lib. tit. Religionis correctio, *colum.* 137. *in prologo, qui incipit*, Religionis correctio, & reſtitutio, *&c. deleantur illa verba*, Et primum eorum, qui per ſe in religione, *&c. vſque in finem.*

Eod. lib. 12. *tit.* Concilia, & ſynodi eccleſiaſticæ, *col.* 139. *in prologo, deleantur illa verba*, Ex hiſtoria eccleſiaſtica Magdeburgenſium.

Eod. tit. & col. §. Aſiana ſynodus à Polycrate epiſcopo, *deleantur illa verba*, aut ritum ab apoſtolis ſeruatum: neque Victoris nænias hac in re eſſe audiendas.

Eod. tit. & col. §. Carthaginenſis ſynodus ab Agrippino, *deleatur*, & rebaptizandis.

Eod. tit. §. Mediolanenſis, mortuo Conſtante, *col.* 141. *deleantur illa verba*, præſertim cum *ὁμοίας* vocabulum nuſ-

nuſquam in ſacris literis reperiretur.

Eod. tit. §. Carthaginenſis. VI. ſub Honorio & Theodoſio, *col.* 143. *delean. illa verb.* Nō audita altera parte.

Eod. §. *paulò inferiùs*, *deleatur ab illis verbis*, Ac ſimul extorqueat, *vſque in finem.*

Eod. tit. & col. § Chalcedonenſis ſynodus magna, *deleatur ab illis verbis*, & quia Leo, Pontifex Romanus, primatum affectabat, *vſque in finem.*

Eod. tit. col. 145. §. Conſtantinopolitana, à Leone Imperatore indicta, *deleantur illa verba*, In qua ſanctorum imagines in foro combuſtæ fuerunt.

Eod. tit. & col. §. Conſtantinopolitana. VII. *deleatur vſque in finem.*

Eod. tit. §. Romana ſub Hadriano Pont. *col.* 146. *deleatur ab illis verbis*, Deinde ius eligendi Pontificis in poſterum accipit, *vſque in finem.*

Eod. tit. & col. paulò inferiùs. §. Conſtantinopolitana, *deleatur vſque in finem.*

Eod. tit. & col. §. Francfordiana anno. 794. *deleantur illa verb.* Et Hadriani Pontificis decreta, *vſque in finem.*

In fine eiuſd. tit. ead. col. paulò inferiùs, delean. illa verb. Hæc hactenus ex octo cēturijs hiſtoriæ eccleſiaſticæ Magdeburgenſ.

Eod. lib. 12. *titulo*, Crudelitatis, impietatis, perfidiæ, perſecutionis, contra ſacros homines, *col.* 167. *deleatur.* §. 4. *à fine, qui incipit*, Conſtantinum & Irenen.

Lib. 13. *tit.* Teſtamenta iuſtè reſciſſa, *col.* 329. *deleatur.* §. 7. Ludouicus vndecimus.

Eod. lib. 13. *tit.* Perfidiæ publicæ erga patriam, *col.* 367. §. 6. *à fine, incipiens*, Adelgarius, *totus deleatur.*

Eod.

Digitized by Google

*Lib.*14.*tit.* Impie, ἄθεοι, qui Deos eſſe negant. §. *vltimo,* ſcelectum Brachij ſenioris, *col.* 398. *delean. illa verba, quæ addidit Fulgoſo, videlicet,* Si religionem, in qua Brachius nutritus fuit, *&c. vſque ad finem.* §.

*Eod. lib.*14.*tit.* Sacros homines, malos, & impios, *col.*411 *deleatur.* §. 4. Veneti, ſtudioſi alioqui Pontificij nominis, *&c.*

*Eod. lib.*14.*tit.* Superſtitioſi, *col.*416. §. 9. Conſtantinus Imperator, *deleatur totus.*

Lib. 15.*tit.* Perfidi in teſtimonio, vero quidem, *&c. col.* 491. *deleatur totus.* §. Itachius.

Eod. lib. tit. Honores dignis adimere: §. 3. Leo Papa, *col.* 499. *deleatur totus.* §.

Eod. lib. 15. *tit.* Literarum & doctorum hominum contemptores. §. *vltimo.* Paulus, *col.*502. *deleant. ad fin. illa verba,* Homo vt indoctiſsimus, ita nequiſſimus.

Eodem lib. tit. Iniuſtè dãnati, Damnatio iniuſta. §. 4. *à fi. col.*520. *deleatur totus.* §. Dantes Florentinus, *&c.*

Lib. 16. *tit.* Inuidia. §. 7. *à fi.* Theophilus, *col.* 568. *deleã. illa verba,* Cùm ſi Theophilus, *&c. vſque ad illa,* ſtructuram impenderet.

Lib. 17. *tit.* Vxorem eſſe ducendam certam, *col.* 636. *deleatur totus.* §. *vltimus videlicet,* Pius. II.

Lib. 18. *tit.* Dyſenteria, & ventris profluuio mortui, *col.* 827. *deleatur.* §. 5. Leo, *&c.*

Eod. lib. 18. *tit.* De modo moriendi, Mors placida. §. 4. Omnis virtuti fõs, *col.*838. *del. illa ver.* In alieno monumento cõdi voluit, *&c. vſq; ad illa,* humari fuerimus.

*Eod. lib.*18. *tit.* Veſtitus frugalis, atque tenuis. §. 5. Apoſtolorum, *col.* 891. *deleantur illa verba,* Rideant hanc

tantam

Digitized by Google

tantam tenuitatem, *&c. vſque ad finem* §.

Ibid. col. 892. *deleatur totus.* §. *vlt.* Quãtæ etiá melior, *&c.*

Lib. 19. *tit.* Sacerdotes nouæ legis, *pag.* 987. *deleatur totus prologus, qui incipit,* Euangelij ſacerdotes nulli profectò alij ſunt, *&c.*

*Eod.lib.*19. *tit.* Serui quantum dño ſubijciantur, *col.*1051. *in prologo, qui incipit,* Conſule titulum, de dominorum, *&c. deleantur illa verba,* Nam corpus affligere poſſunt, *&c. vſque ad illa,* & commutare.

In tit. proximo ſequente, De gloria & honore, *in prologo qui incipit,* Gloria inter omnia fortunæ bona, *&c. deleantur illa verba, quæ habentur lin.* 7. Eoque fit, vt Deus optimus Maximus, non holocauſta, *&c. vſque ad illa* à peccatore requirat.

Eod. lib. 19. *tit.* Nomen alicuius delere, & obliterare, *col.* 1066. *deleatur.* §.3 Paulus.

Eod. lib. tit. Funera & exequiæ, *&c, col.* 1088. *deleatur.* §. *vltimus,* Sebaſt. Caſtalioni.

THEOPHRASTUS.

Ex commentarijs Iulij Cæſaris Scaligeri in libros Theophraſti de cauſis plantarum.

*Lib.*1. *cap.* 5. *litera.D. ad finem, deleãtur illa verba:* Cùm monachi ipſi, quam profitentur ſeruare, non ſeruent.

*Lib.*2, *cap.*14. *circa princip. litera.B. deleantur illa verba:* Sicuti monachi.

Lib. 5. *cap* 6. *circa finem, litera.C. deleantur illa verba:* Quaſi ex monacho noſtri temporis opus ſtudioſum:

THEO-

Digitized by Google

THEOPHRASTUS Paracelſus.

Ex Theophraſti Paracelſi chirurgia minore.

Lib.2.c.7.tribus aut quatuor folijs ante fin. c. delean. illa verb. Hæc nõ admiror: cùm in medicina maior impoſtura ſit à ſanctorũ vicarijs vſitata, *&c. vſque ad illa verba,* Item fritellam infernalem erga ſuos ſuperiores.

Lib. de cutis apertionibus, cap. 3. verſus fin. delean. illa verba, Ad hunc modum etiam Chriſtus locutus eſt nõ omnibus ſapiẽtibus, *vſque ad illud,* poſt monachos, nulla gens medicis contemptior exiſtat.

Lib. de cura vlcerum. c.1. ad med. del. illa verb. Sancti pijque viri, ſtrictam in eremis viuendi rationem ſeruarunt: non vt nonnulli dicunt, *&c. vſque ad illud,* nõ ob ſanctimoniam, aut meritum erga Deum: ſed propter ſobrietatem, quæ decuit eius officium.

Lib. de vermibus, & ſerpentibus, cap. 1. ſtatim poſt initiũ, del. illa ver. Quînã tñ homo primus Adã hæc omnia nouerit, & naturam ipſam, *&c. vſque ad fin. totius capitis.*

Eod. lib. cap. 2. cuius initium eſt, Quo progreſſu tamen id fiat, *deleatur totum.*

Eod. lib. c. 4. cuius initiũ eſt, Multo maiora, *deleatur totum.*

Eod. lib. cap. 10. ad medium, delean. illa verb. Quamquàm admitto imaginationem, & fidem eſſe tam potentes, vt per eas nos ipſos, *&c. vſque ad fin. capitis.*

THOMAS MORUS.

Ex Thomæ Mori, viri clariſſimi, ſcriptis, in impreſ. Baſilææ apud Epiſcopium, anno.1563.

In epi-

Digitized by Google

In epiſtola Guillielmi Budæi ad Lupſetum, de Thomæ Mori Utopia, fol. 3. epiſtolæ, lin. vlt. delea. ab illis verb. Quo certè inſtituto Chriſtus, *vſque ad*, ac fata noſtra regere.

Lib. 1. Utopiæ, pag. 31. lin. 7. deleat. Non Hercule magis, quàm ſi eſſem ſacerdos.

Lim. 20. eiuſdem folij, deleatur ab illis verbis, Nam Cardinalis, *vſque ad,* hoc quoque dictum.

Lib. 2. Utopiæ, vbi agit de religionibus Utopienſiũ, pag. 146. deleatur in marg. O ſacerdotes noſtris longè ſanctiores.

Pag. 261. ex epigrammate de nouo teſtamento verſo ab Eraſmo, deleatur ab illis verbis, Lex noua nam veteri, *vſque ad,* Chriſti lex noua luce nitet.

Pag. 524. linea. 22. epiſtola de morte Thomæ Mori, deleatur, Multò magis licuiſſet hic eſſe tacitum. *Lin. 27. eiuſd. pag. deleatur,* Simplici, ſynceraque cõſcientia erraſſe. *Et pag. 530. lin. 6. deleatur,* Fortè fefellit eum perſuaſio.

Deleatur etiam tota Apologia pro Moria Eraſmi ad Martinum Dorpium.

IN TITUM LIUIUM.
annotationes.

Ex Ioannis Velcurionis annotationibus ad Titum Liuium.

In argumento lib. 1. ad medium, vbi dicitur, Quincta eſt acta ætas, quaſi decrepita, & confecta, ſub Pontificibus Romanis, & Cæſaribus Germanis, *deleantur illa verba,* Pontificibus Romanis, &c.

In ſequenti annotatione, vbi agit de Lucio Floro, in fine, deleãt. illa verba, Sub Pontificibus Romanis, Italiæ Dominis actam.

In Para-

In Paraphraſi præfationis,in fine illius,deleantur illa verb. Sed à Dijs immortalibus precari, *& loco eorum ponatur*, à Deo immortali precari.

In legibus Romuli,lege.5.deleantur illa verb. Hinc autem nata eſt immunitas locorum ſacrorum, & ſimilium.

In legibus Tarquini ſuperbi. §.13. in fine, deleantur illa verba: Quod inde per omnes Cæſares, vſque in Pontifices Romanos durauit.

Ex annotationibus in. 2. librum, in catalogo poſito in fine libri §.16.deleant.illa verba,quæ ſunt in medio. §.Sic bonus vir quoque officioſè mẽtiri nõ duxerit ſibi turpe, ſi maior inde cõmoditas alijs obueniat,quàm dicẽdo vera.

XENOPHONTIS
operum interpretes.

Ex Xenophontis operum interpretationibus Græcolatinis, deleantur præfationes, & nomina hæreticorum, Ioachimi Camerarij, Sebaſtiani Caſtalionis, Ioannis Ribiti, Bilibaldi Pirkaimeri, & Conradi Geſneri.

FINIS.

MADRITI
Apud alphonſum Gomezium Regium Typographum.
M.D.LXXXIIII.

Digitized by Google

AVTHORVM ET LIBRORVM, QVI IN HOC INdice expurgantur, *Elenchus.*

A

Albertus Argentinenſis. folio.1.
Alonſo de Vlloa. ibidem.
Amatus Luſitanus. ibidem.
Andræas Maſsius. ibid. b.
Antonius de Roſellis. fol. 2.
Arnaldus de Villanoua. ibid. b.
In. D. Auguſtini opera annotationes. fol. 2.
Auguſtinus Eugubinus. fol. 6. b.

B

Beatus Rhenanus. fol.152.b.
Biblia Roberti Stephani. fol. 7.
Biblia altera. fol.16.
Biblia Santis Pagnini. ibidem.
Bibliotheca Sanctorum Patrum. fol. 18.

C

Cælius Pannonius. fol. 60. b.
Carolus Molinæus. fol. 20. b.
Chriſtophorus Landinus. fol. 60.
Chryſoſtomus Iauellus. fol. 59.
Claudius Eſpenceus. fol. 60.
Cõpendio dell' hiſtoria del regno di Napoli. f.60.b.
Concordantiarum Hebraicarum capita. fol. 61.
Conradus Geſnerus. ibidem.
In. D. Cyrilli opera annotationes. fol. 61. b.

D

Didacus Stella. fol.62.b.

Index

E

Elias Leuita. fol. 143. b.
Epigrammata Græca. fol. 66. b.
Epigrammatum flores. fol. 66.
In Epiphanij opera annotationes. fol. 66. b.
Eraſmus Roterodamus. fol. 67.
Eraſmus in. D. Auguſtinum. fol. 2. b.
Eraſmus in, D. Hieronymum. fol. 100.
Eraſmus in. D. Hilarium. fol. 109. b.
Eraſmus in. D. Irenæum. fol. 136. b.
Eucherius. fol. 92. b.
Eunapius Sardianus. ibidem.
In Euſebij Chronicon additiones. fol. 93.
Examen de ingenios. fol. 95. b.

F

Franciſcus Duarenus. fol. 95. b.
Franciſcus Iuretus. fol. 152. b.
Franciſcus Polygranus. fol. 96. b.

G

Gaudentius Merula. fol. 97.
Genebrardus. ibidem.
Georgius Purbachius. fol. 97. b.
Guilielmus Budæus. ibidem.

H

Hadrianus Iunius. fol. 99.
Henricus Stephanus. fol. 99. b.
In. D. Hieronymi opera annotationes. fol. 100.
Fray Hieronymo Roman. fol 99 b.
Hieronymus ab Oleaſtro. fol 108. b.
Hieronymus Cardanus. ibidem.

Digitized by Google

Hieronymus Oſorius. fol. 109.
In. D. Hilarij opera annotationes. fol. 109. b.

I

Iacobus Faber Stapulenſis. fol. 110. b.
Iacobus Micyllus. fol. 119. b.
Iacobus Milichius. fol. 151.
Iacobus Philippus Bergomas. fol. 120.
Iacobus Sannazarus. ibidem.
Ianocius de Manectis. fol. 120. b
Ianus Cornarius. ibidem.
In. D. Ioannis Chryſoſtomi opera index. fol. 138.
Ioannes Cuſpinianus. fol. 121.
Ioannes Ferus. fol. 123.
Ioannes Forſterus. fol. 134. b.
Ioannes Langus. fol. 148. b.
Ioannes Petrus de Ferrarijs. fol. 135. b.
Ioannes Serranus. fol. 150.
Ioannes Velcurio. fol. 158.
In. D. Irenæi opera annotationes. fol. 136. b.
Iuan Huarte de ſant Iuan. fol. 93.
Iulius Cæſar Scaliger. fol. 157.
In Ius canonicum additiones fol. 21 b.
In Iuſtini opera annotationes. fol. 140. b.

L

Laurentius Valla. fol. 141.
Leo Baptiſta Albertus. fol. 141. b.
Leodegarius à Quercu. fol. 66.
Leonardus Fuchſius, fol 141. b.
Leuinus Lemnius. fol. 143.
Lexicus Caldaicus. fol 143. b.

Index.

Lilius Gregorius Gyraldus.	ibidem.
M	
Martinus Martinez.	fol. 145.
Michael Beutherus.	fol. 147. b.
N	
In Nicephori opera annotationes.	fol. 148. b.
O	
Ordo Baptizandi.	fol. 149.
Orthodoxographa.	fol 149.b.
P	
Pandolpho Collenutio.	fol.
Petrus Crinitus.	fol. 149.b.
In Platonem annotationes.	fol. 150.
In Plinium annotationes.	fol. 151.
Procopius Gazeus.	fol. 151. b.
R	
Raynerius.	fol, 151. b.
Robertus Stephanus.	fol. 7.
S	
In Symmachi epiſtolas notæ.	fol. 152. b.
T	
In Tertuliani opera annotationes.	fol. 152. b.
Theatrum vitæ humanæ.	fol. 153. b.
Theodorus Zvvingerus.	ibidem.
Theophraſtus.	fol. 157.
Theophraſtus Paracelſus.	fol. 157. b.
Thomas Morus.	ibidem.
Titus Liuius.	fol. 158.
X	
Xenophontis operum interpretes.	fol. 158. b.

FINIS INDICIS.

BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google